



Botheca Heisterbacensis

DI

LA

QUI

Tholo

Ad me

Adm

D. M

Juliac

Ex Th

in Gr

Gyr

E

Co

au

DIALECTICA
THOMISTICO-
LAURENTIANA

In qua

QUIDQUID AD FACILEM
Philosophiæ Thomisticæ intelligentiam de-
siderari potest, clarè & compendiosè
enodatur.

Ad mentem S. Thomæ Doctoris Angelici concinnata

Per

*Admodum Reverendum & doctissimum
Dominum,*

D. MATTHIAM VIETORIS
*Juliacensem ex Loerwenich, Sacrosan-
ctæ Theologiæ Licentiatum, B. MARLÆ
in Gradibus Canonicum Capitularem, in
Gymnasio Laurentiano Philosophiæ Pro-
fessorem emeritum, &c.*

p. m.

Editio nova & correctior.



COLONIÆ AGRIPPINÆ

Sumpibus Gymnasij Laurentiani,

Anno M. DCC X.

M. Th. u. Schr. 271.
8c

1402 845 01

FACULTA

UT Dialectica
na à Reverend

mis Theol

strè Librorum C

recognita & app

missa pro Gymn

lucem prodeat

tiam concedim

alia posthac in

thorica dicti G

jobemus & pra

nade nostra La

(L.S.)

FACULTAS GYMNASII

UT Dialectica Thomistico-Laurentiana à Reverendis Admodum & Eximiis Theologiæ Doctoribus ac respectivè Librorum Censore ordinario maturè recognita & approbata, imprimique permessa pro Gymnasio Laurentiano Typo ad lucem prodeat tenore præsentium licentiam concedimus, utque eadem & non alia posthac in Philosophiâ, uti & in Rhetoricâ dicti Gymnasii nostri prælegatur, jubemus & præcipimus. Datum in Gymnase nostrâ Laurentianâ 4. 8bris. 1709.

(L. S.)

P. J. Sierstorpf
Reg. Laur.

LAURENTIANI

UT nova Dialectica per Admodum
Reverendum & Doctissimum Domi-
num MATTHIAM Victoris SS. Theol.
Licentiatum Gymnasii Sub-Regentem &
Philosophiæ Professore[m] p. m, pro parte
& in usum D. Gymnasii edita sola posthas
præceptis & libris scholasticis annumeretur.
Placet mihi infrascripto. Datum in Gym-
nade nostrâ Laurentianâ, 4tâ 8bris 1709.

(L. S.)

P. J. Sierstorpf
Reg. Laur.

Nos

APPR

Hanc Dialecticam
missam ser
que cum g
ma Dialecticorum
matum vasa ta
ulminibus vixer
& Eruditissim
VIOTORIS p.
logia Licentiatu
bus Canonicus,
sophia Profess
Regens nec non
Decanus, ut ve
rum desideris
de hac materia
scripta sint: In
tato sic enuclea
dentur universa.
nam ac pauper
sipientiam, ut d
semel non possit
& quidem melius
elegantem Tertullian
solvit: si uno tan

A P P R O B A T I O .

HANC *Dialecticam Laurentiano-Thomisticam* seriò perlustravi , reperi- que cum gaudio , quod Amplissi- ma *Dialecticorum liquorum* , seu dog- matum vasa tam nervosè *Thomisticis* ulminibus vixerit *Admodum Reverendus & Eruditissimus Dominus MATTHIAS VIETORIS* p. m. *Iuliacensis* , *SS. Theologiae Licentiatus* , *B. Virginis in Gradi- bus Canonicus* , *Gymnasii Laurentiani Philosophia Professor Senior* , & *p. r. Sub- Regens nec non almae facultatis AA. p. r. Decanus* , ut veritatis *Thomisticae* amato- rum desideriiis satisfecerit. Licet enim de hac materia à multis multa etudite scripta sint : In hoc tamen parvo *Tra- ctatu* sic enucleantur singula , ut eluci- dentur universa. Non enim adeo jeju- nam ac pauperem natura hominis efficit sapientiam , ut de unâ re bene dici , nisi semel non possit : potest namque saepe , & quidem melius & acutius. Nam eleganter *Tertullianus lib. 5. cap. 10.* re- solvit : si uno tantum genere bene dice-

retur , fas erit existimari nobis præclu-
sam à prioribus viam. Quare doctis-
simum *hoc Opusculum* nedum luce publi-
câ sentio dignissimum , verum insuper
aptissimum : ut tyrones rudimenta *Tho-*
misticae veritatis hauriant , & literatio-
res fundamenta ad continuandum per-
cipiant. Coloniae in Conventu S. Crucis
Ord. Præd. in festo S. JOSEPHI Anno
salutis M. DC. LXXX.

F. HENRICUS HILDEN
Ord. Prædic. SS. Theol. Doctor
& Professor Ordin. Publicus , &
ibidem p. t. Prior.

APPR
Dialecticam h
Drentianam
do & Doc
THIA VIETOR
centiatio, B. Mar
Canonico, Flore
Gymnasii Laure
ac alimæ faculta
Sub-Regente, b
ta principia Tho
tra fidem Cath
concinnatam.
nalsi, verum e
lz signanter Tho
llimam, & 10
mam judico : C
Augustini Anno

F. JO
FF.
The
nari
p. t.

APPROBATIO.

Dialecticam hanc Thomistico-Lau-
rentianam ab Admodum Reveren-
do & Doctissimo Domino MAT-
THIA VIETORIS, SS. Theologiæ Li-
centiato, B. Mariæ Virginis in Gradibus
Canonico, Florentissimi ac Celeberrimi
Gymnasii Laurentiani Professore Seniore,
ac almæ facultatis AA. p. t. Decano &
Sub-Regente, breviter clarè & solidè jux-
ta principia Thomistica, sine errore con-
tra fidem Catholicam, aut bonos mores,
concinnatam, non solum Laudati Gym-
nasii, verum etiam omnibus aliis, Scho-
læ signanter Thomisticæ discipulis fore uti-
lissimam, & ideo luce publica dignissi-
mam judico: Coloniz in Conventu S. P.
Augustini Anno 1680. die 16. Martii.

F. JOANNES SCHWEITZER
FF. Erem. S. P. Augustini, SS.
Theol. Doctor & Professor Ordini-
narius, Provinciæ Colonienfis
p. t. Provincialis.

Censura Ordinarij.

ATtente legi, & perlegi Dialecticam Thomistico - Laurentianam ex solidis & inconcussis principiis S. Thomæ Doctoris Angelici medullitus & compendiosè erutam opera & studio Doctissimi Domini MATTHÆ VI TORIS SS. Theologiæ Licentiati florentissimi Gymnasii Laurentiani Senioris Philosophiæ Professoris & Sub-Regentis, dignam, quæ à Professoribus, & Lectoribus, tam in Gymnasiis, quam Regularium Monasteriis, & Seminariis Philosophiæ Tyronibus & Thomisticæ veritatis Amatoribus tradatur & explicetur, in qua, cum nihil fidei, aut bonis moribus contrarium inveniam, permitto, ut publici juris, typi beneficio fiat. Ita censeo & sentio. Coloniae hac 16. Martii 1680.

Fr. THEODORUS DECHENS SS.

Theol. Doctor & Professor Ordinarius, Canonorum Regularium S. Crucis Provincialis ad Rhenum, & Prior Coloniae.

Librorum Censor Ordinarius m. p.

AP.

APPROB
P. Bedam hanc
tiam Dialecticam
veritas & De
VI TORIS Licentiati
Licentiato, B. M. P.
Laurentiana Gymna
Seniore, Sub-Reg
colitis Artium p
compositam, lau
fidei Thomistico
libri, sedulaque p
per voluptate perleg
& clarum, nec
quo venisset ac veru
compendiosè licet
in lecturis viam fide
fidei curstando
cui inaberet, qu
na honestati nihil
piscium & desider
ram, Thomistica dicit
vixisse florem, &
iam prodeat: quo
videtur & strenue
pomerolemad alic
bit Coloniae in Ab
die 7 Martij.
P. BEDA
lenis
Professu
Doctior

APPROBATIO.

Preclaram hanc Thomistica Laurentianam Dialecticam, ab Admodum Reverendo & Doctissimo D. MATTHIA VICTORIS Iuliacensi p. m. SS. Theologie Licentiato, B. M. V. in Gradibus Canonico, Laurentiana Gymnadis Philosophia Professore Seniore, Sub-Regente, nec non Alma Facultatis Artium p. r. Decano laborioso Marte compositam, laurigera Minerva elaboratam, subtili summulistico penicillo depictam, attentè illustravi, sedulâque pro viribus diligentia, nec impari voluptate perlegi. Opusculum quidem breve est, & clarum, nec minus in multis acutum, in quo venustæ ac vetustæ Thomistica doctrinae ubertas, compendiosâ licet ratione, adeò refloret, ut Angelici Doctoris viam fidelissimo pede, & sequaci re-ctitudine cursitando, ab ejus mente, nec in apice quidem aberret; quare cum fidei veritati, & morum honestati nihil adversum contineat, meum judicium & desiderium est ut ad Auctoris sui gloriam, Thomistica doctrina splendorem, Gymnadis Laurentianæ florem, & communem omnium utilitatem in lucem prodeat: quo si imprimis Laurigera juvenus industriè & strenuè uti perrexerit, facilem sibi, & permeabilem ad altiores scientias viam complanabit. Coloniae in Abbatia S. Pantaleonis Anno 680. die 17 Martij.

P. BEDA Wachendorff Monasterij S. Pantaleonis, Ord. S. Benedicti, Cong. Bursfeldens. Professus, Lector & Sub-Prior, SS. Theolog. Doctor & Professor Ordinarius.

I N D E X

EORUM QUÆ TOTA HAC DIALECTICA quo ad Libros , Capita & Articulos comprehenduntur.

D E Nomine Dialectica.	Pagina 1.
De Definitione illius.	ibid.
De Necessitate.	ibid.
De Divisione.	2
De Triplici operatione intellectus.	ibid.

LIBER PRIMUS.

De his potissimum qua serviunt prima intellectus operationi dirigenda.	3
CAPUT I. De terminis.	p 3
Art I. Definitio termini.	ibid.
Definitio propositionis Categorica & Hypothetica incidenter.	5
2 De termino mentali, vocali & scripto.	6
3 De termino Categorematico, syncategorematico & mixto.	7
4 De termino complexo & incomplexo.	9
5 De termino concreto & abstracto.	10
6 De termino connotativo & absoluto.	11
7 De termino univoco equivoco & analogo.	13
8 De termino communi & singulari.	
9 De termino finito & infinito.	18
10 De termino primæ & secundæ intentionis.	19
CAP. II. De Proprietatibus terminorum.	21
Art. I.	

I N

Art. I. De definitione
materiali & formali
2 De divisione (suppositi
pluri & reali.
3 De divisione (suppositi
sui verum.
4 De divisione (suppositi
natis.
5 De Ampliatione, Res
6 De Appellatione.
CAPUT III. De un
Art. I. De definitione
2 De genere,
3 De specie.
4 De individuo.
5 De differentia.
6 De proprio.
7 De accidente.
CAPUT IV. De p
Art. I. De definitione
dico diversitate.
2 De subdivisione pr
3 De requisitis ad ve
4 De subdivisione pr
CAPUT V. De pr
Art. I. De quibus ar
1 De modis quibus
nens.
3 De conditionibus r
penatur in practica

I N D E X

Art. I. De definitione suppositionis & divisione in materiam & formalem.	ibid.
2 De divisione suppositionis formalis propria in sim- plicem & realem.	23
3 De divisione suppositionis in ordine ad Copulam seu verbum.	28
4 De divisione suppositionis ex parte syncategore- matis.	29
5 De Ampliatione, Restrictione & Alienatione.	30
7 De Appellatione.	32
CAPUT III. De universalis in communi.	33
Art. 1. De definitione universalis in essendo.	37
2 De genere.	43
3 De specie.	45
4 De individuo.	47
5 De differentia.	ibid.
6 De proprio.	49
7 De accidente.	53
CAPUT IV. De predicatione.	54
Art. I. De definitione predicationis & generali ejus- dem divisione.	ibid.
2 De subdivisione predicationis directæ.	19
3 De requisitis ad veritatem predicationis.	19
4 De subdivisione predicationis directæ.	19
CAPUT V. De predicamento in genere.	
Art. I. De quidditate & divisione predicamenti.	6
2 De modis quibus aliquid ponitur in predica- mento.	62
3 De conditionibus requisitis ad hoc ut aliquid directè ponatur in predicamento.	
	4 De

I N D E X

4 De predicamento substantia.	60
5 De quantitate.	66
6 De relatione.	64
7 De qualitate.	7
8 De sex ultimis predicamentis.	74
9 De nomine.	75
10 De verbo.	79

LIBER SECUNDUS.

De iis que serviunt secunda mentis operationi dirigenda.	81
CAPUT I. De Oratione , modo sciendi in genere, item ejus duabus speciebus , definitione & divisione.	81
Art. I. De Oratione.	81
2 De modo sciendi in genere.	83
3 De definitione.	85
4 De divisione.	87
CAPUT II. De propositione.	91
Art. I. De quidditate propositionis.	ibid.
2 De divisione propositionis in categoricam & hypotheticam.	92
3 De divisione propositionis categorica secundum qualitatem.	95
4 De divisione propositionis categorica secundum quantitatem.	95
5 De divisione propositionis categorica secundum materiam.	86

I N D

De divisione propositionis
 modo & ratio ad
 De propositis nihil r
 De propositionibus
 De propositionibus exp
 De propositionibus
 CAPUT III. De prop
 Art. I. De veritate
 De definitione op
 De divisione oppo
 De Equi
 De definitione con
 De divisione conve

LIBER

De iis que serviunt
 genda.
 CAPUT I De arg
 Art. I. De argum
 & eadem
 De p
 De figuris & ma
 constantiam.
 De numero figur
 De principis extr
 lyphica.
 De regulis gener
 ipis deductis.
 De regulis special

I N D E X

60	6 De divisione propositionis in illam qua est de secundo & tertio adjacente.	99
68	7 De propositionibus modalsibus.	100
64	8 De propositionibus hypotheticis.	102
7	9 De propositionibus exponibilibus.	104
74	10 De propositionibus se ipsas falsificantibus.	108
71	CAPUT III. De proprietatibus propositionis.	110
78	Art. 1. De veritate & falsitate propositionis.	
	2 De definitione oppositionis propositionum.	111
	3 De divisione oppositionis propositionum.	
	4 De Equipollentia.	117
	5 De definitione conversionis.	120
	6 De divisione conversionis & regulis ejusdem.	124

LIBER TERTIUS.

	De eis qua serviunt tertiae mentis operationi dirigenda.	125
	CAPUT I. De argumentatione in genere.	ibid.
	Art. I. De argumentationis definitione, divisione & quibusdam regulis.	125
	2 De syllogismo.	129
	3 De figuris & modis syllogismorum medio communi constantium.	133
	4 De numero figurarum & modorum.	136
	5 De principiis extrinsecis, quibus innititur ars syllogistica.	148
	6 De regulis generalibus syllogismorum ex illis principiis deductis.	145
	7 De regulis specialibus syllogismorum.	148
	8 De	

I N D E X

8 De principiis extrinsecis perficientibus.	151
9 De reductione per impossibile.	154
10 De variis syllogismorum divisionibus.	161

EPIGRAMMA

Ad Lectorem Dialecticum.

EN Lector, *selecta* tibi *Dialectica* præstò est,
Hæc te philosophum sæpè *relecta* facit.
Est intellectus facilis, si sæpè *relecta*
intellecta tibi, *candide* Lector, erit.

P. H. L. P. L.

PROOEMIUM

le le Permines en rancia:
vins ce id in p^o resolv. h^o p^o p^o
lanc p^o in p^o rlem componens



PROO

De Nomine, de
& particula

Nomen Diale
co Diale
differe seu
tica bene d. fin
etiam tractus m
libo quo modo c
endi, dividendi,
mentandi, &c.

Inter alias aut
est optima, quar
lect. i. scilicet Di
retra ubi ars pos
convenit cum ali
quor loco differ
erbas distinguit
dignu pictorem
manuum ut ordina
stram v. g. tra
etibus rationis,
sine errore proce

Necessitas Dia
constitit, quod f
ant abque pravia



PROOEMIUM.

De Nomine , definitione , necessitate
& partitione Dialecticæ.

Nomen Dialecticæ derivatur à verbo græcò *Dialegame* quod idem significat quod *differere seu disputare* , &c. Unde Dialectica bene definitur quod sit *facultas seu ars quadam tradens modum disputandi quomocunque sub quo modo comprehendatur modi definiendi , dividendi , unum de alio enuntiandi , argumentandi* , &c.

Inter alias autem Dialecticæ definitiones illa est optima , quam tradit S. Thomas , 1. Poster. Lect. 1. scilicet *Dialectica est ars actuum rationis directiva* ubi *ars* ponitur loco generis , quia in eo convenit cum aliis artibus , aliæ particulæ ponuntur loco differentie , quia per illas , ab aliis artibus distinguitur : sicut enim ars pictoria v. g. dirigit pictorem in exterioribus ordinationibus manuum ut ordinate faciat suum artefactum picturam v. g. Ita Dialectica dirigit hominem in actibus rationis , ut scilicet ordinate faciliter & sine errore procedat.

Necessitas Dialecticæ Manuuctionis in eo consistit , quod sicut aliæ scientiæ haberi nequeunt absque prævia logica quia ipsa docet modum

sciendi, hoc est in qualibet materia perfectè definiendi, dividendi, & argumentandi ad quod cætera, de quibus agit, ordinantur: ita nec ipsa logica, quæ etiam scientia est adeoque notitiam modi sciendi aliqualem necessario præsupponit, sine prævia aliqua Institutione rudem illam notitiam præstante ullatenus acquiri valet.

Dividimus autem hanc Institutionem in tres Libros, juxta triplicem intellectus operationem quarum prima est *simplex apprehensio qua simpliciter intelligimus seu apprehendimus rem aliquam nihil de ea affirmando vel negando* ut dùm v. g. simpliciter apprehendo hominem neque affirmando de eo, quod sit animal, neque negando quod sit lapis.

Secunda operatio intellectus dicitur *Compositio & divisio seu uno verbo iudicium quo de rebus per primam intellectus operationem apprehensis aliquid affirmamus vel negamus*. v. g. si de homine affirmem quod sit animal dicendo homo est animal, vel de eodem negem quod sit lapis dicendo homo non est lapis, cum hac tamen distinctione quod si aliquid de aliquo affirmetur vocetur compositio, quia prædicatum componitur cum subjecto; sin autem aliquid negetur, dicatur divisio, quia prædicatum dividitur seu separatur à subjecto.

Tertia Mentis seu intellectus operatio dicitur *discursus seu Ratiocinatio quando scilicet ex uno cognito aliud inferimus, seu deducimus*, v. g. homo est

rationali: ergo
 simplicem mentis op
 rationem dividimus
 in logica tractat
 boni intellectus di
 consensione, ordina
 ita ut ipsarum pro
 ita bene ordimen
 gantur, ipse bene
 Antecedenda:
 quare iudicandum
 Anterior: ut

De his potissimum
 operationi dicitur

ARTIC

De

Tertium est
 in, philosophia

Proœmium.

est rationalis : ergo risibilis. Et bene juxta dictam triplicem mentis operationem dialecticam institutionem dividimus, quæ in eâ uti & in logica tractantur, Ideserviunt, aut primæ operationi intellectûs dirigendæ, ut scilicet res sine confusione, ordinatè, & distinctè apprehendantur, ita ut ipsarum prædicata generica, & differentialia benè ordinatèque discernantur, & attingantur, ipsæ bene definiantur, & dividantur.

Aut secundæ : ut juretur ad rectè de unaquaque re judicandum.

Aut tertiæ : ut absque deceptione discurrat.

LIBER I.

De his potissimum quæ serviunt primæ intellectûs operationi dirigendæ, & aliis nonnullis incidenter & indirectè.

CAPUT I.

De terminis.

ARTICULUS PRIMUS.

De definitione termini.

Terminus est id, in quod resolvitur propositio, subintellige in quod actu per se, & tanquam

*De terminis
Terminus
facti Logica
13*

quam in partem componentem, & ad placitum significans resolvitur propositio simplex.

Explicatur: definitum hic est terminus, quia est ipsum, quod definitur, seu explicatur, particula id ponitur loco generis, & per eam denotatur subjectum quod denominatur terminus, reliqua particula ponuntur loco differentie, quia per illas terminus distinguitur à quocunque alio.

Dicitur autem primo, actu resolvitur, ad denotandum juxta probabiliorem opinionem voces extra propositionem logicè & in rigore loquendo non esse terminos, ut patet in simili; uti enim puncta extra lineam posita non dicerentur actu formaliter termini, quia scilicet actu non terminarent, ita nec nomina extra propositionem sumpta termini appellari debent.

Nec sufficit ad propositionem terminandam, quod habeant aptitudinem, est enim de essentia termini actu terminare propositionem, aut esse actu partem illius, quod si non terminet actu, erit quidem nomen, sed non terminus logicè loquendo, logicè inquam, nam vulgò & communiter terminus dicitur quodvis nomen aut vocabulum absque ullo respectu ad propositionem.

Secundò dicitur per se, ad excludendam propositionem, quæ per se, & ex natura sua non ordinatur ad componendam propositionem categoricam, seu simplicem, licet id per accidens fieri possit, ut dum dico: homo est animal, est propositio.

Tertiò

De
Tertio dicitur
ut excludatur copula
fione positum,
propositio tanquam
dicitur cum subjecto
componentem.

Quarto additur
primo voces nihil signi-
ficantibus, sicut
inter significantes

Ut eò melius
observabis ob-
co tractabuntur
videlicet, que
nomen de alio:
subjecto.

Secundò:
categoricam, &
que ex duobus
to, & copula
nam propositio
saltem implicat
verbum est,
dum dico:
quando nihil
nativo, ut du-
tria habes es
in participium

Tertiò dicitur *tanquam in partem componentem* ut excludatur copula , seu verbum est in propositione positum , quia licet in illud resolvatur propositio *tanquam in nexum* , & vinculum prædicati cum subjecto , non tamen *tanquam in partem componentem*.

Quartò additur *significantem* , ut excludantur *primo voces nihil significantes* * ut istæ voces blitiri, scindapsus : *secundò ut excludantur voces naturaliter significantes* , ut gemitus infirmi , &c.

ANNOTATIO.

Ut eò melius definitionem termini intelligas , observabis obiter (accuratius enim illa suo loco tractabuntur) primò : quid sit propositio , videlicet , quod sit *oratio affirmativa* , vel *negativa unius de alio* : unius id est prædicati , de alio , id est , subjecto.

Secundò : quod propositio dividatur in *Categoricam* , & *Hypotheticam* , *Categorica* est , quæ ex duobus tantum terminis *subjecto* , *prædicato* , & *copula* conficitur , quæ tria ad omnem bonam propositionem requiruntur *explicitè* , aut *saltem implicitè* : *explicitè* ponuntur quando post verbum est , aliquid ponitur in nominativo , ut dum dico : Petrus est homo : *Implicitè* verò quando nihil post verbum est ponitur in nominativo , ut dum dico : Petrus est : & tunc ut illa tria habeas *explicitè* , oportet resolves verbum in participium dicendo v. g. Petrus est existens :

porro subiectum dicitur illud , quod ordine constructionis ponitur ante copulam , prædicatum , quod ordine constructionis ponitur post copulam , seu verbum est . : dixi ordine constructionis , quia potest contingere , ut sit subiectum ponatur post , & prædicatum ante copulam , ut dum dico : ardua est ad virtutem via , ubi via , quod est subiectum ponitur post , & ardua , quod est prædicatum , ponitur ante ; si tamen construenda est illa propositio , dicendum erit , via ad virtutem est ardua .

Hypothetica propositio est , qua communiter ex duabus propositionibus categoricis tanquam partibus principalibus sui , adminiculo conjunctionis conficitur , ut si Petrus currit , movetur : dixi communiter , quia potest etiam constare ex pluribus categoricis , ut dum dico : & Petrus disputat , & Paulus disputat , & Joannes disputat .

ARTICULUS II.

De termino mentali, vocali & scripto.

Dividitur primo terminus enuntiativus in mentalem , vocalem , & scriptum . Terminus mentalis est conceptus prædicati aut subiecti , in quem resolvitur propositio mentalis ; ut dum iudico intra me ipsum , Hominem esse animal . Vocalis est vox significativa ad placitum in quam resolvitur propositio vocalis , ut dum ore pronuntio , & dico : homo est animal . Scripta est scriptura significativa ad placitum , in quam resolvitur

in propositio scripta
identia similis illi
in aurem , & argo

ART

De termino C
m

Dividitur secundum
cum , & Syn
nexus , Categori
cativus seu prædic
re , & sine ad
propositionis fa
significari autem
per modum rei ,
terus possit esse
propositione .

Sy categoricem
fativus , vel con

duplitate : signi
negare aliquid
tans rei & sic per
terius esse pars pro
remini sunt omni
sunt in virtute

Terminus rati
equivaleat in laci
veritatem , & ex il
lantium , ut note ,

tur propositio scripta , hæc divisio est subti in ac-
cīdentia similis illi , qua annulus v. g. dividitur
in aureum , & argenteum.

ARTICULUS III.

De termino Categorematico syncategore-
matico & mixto.

Dividitur secundo terminus in Categoremati-
cum , & Syncategorematicum , & additur,
mixtus , Categorematicus qui idem est , ac signifi-
cativus seu prædicativus , est , qui significat aliquid
per se , & sine adminiculo alterius termini potest esse
pars propositionis simplicis , v. g. homo . lapis , &c.
significare autem aliquid per se est significare aliquid
per modum rei , ita ut per se & sine consortio al-
terius possit esse subiectum vel prædicatum in
propositione.

Syncategorematicus qui idem est , ac configni-
ficativus , vel com prædicativus , est , qui significat
aliquahter : significare autem aliquahter est , sig-
nificare aliquid per modum modi aut determina-
tionis rei & sic per se non potest sine adminiculo al-
terius esse pars propositionis simplicis ; huiusmodi
termini sunt omnis , nullus & omnia adverbia , nisi
sumantur in virtute termini Categorematici.

Terminus mixtus dicitur ille , qui virtualiter seu
equivallenter includit categorematicum , & syncatego-
rematicum , & ex illis velut componitur , saltem quo ad
sensum , ut nemo , quod idem est , ac nullus homo.

ANNOTATIO.

Advertendum primò : quod esto terminus syncategorematicus nihil per se significet , non tamen frustra ponatur in propositione : nam tribuit certum modum significandi termino categorematico.

Secundò : quod licet velociter , & alia hujusmodi syncategoremata idem significant , quod categoremata , non tamen possint per se esse subiecta , aut prædicata in propositione , sicut categoremata , quia hæc significant aliquid tanquam rem solidam , ista verò per modum modi ; adeoque habent diversum modum significandi , qui potissimum in terminis attenditur.

Tertio ; quod blitiri , & scindapsus possint quidem componere propositionem materialiter , ut dum dico . blitiri non est scindapsus , non tamen formaliter : potèd Componere formaliter est componere significando aliquid aliud à se , pro quo substituatur in propositione.

Et Componere materialiter est poni in propositione loco sui , & non significando aliquid aliud à se , & hoc non sufficit ad rationem termini , de quo in præsentem tractamus.

Quartò , quod ad rationem termini Categorematici parum interfit , quod significet aliquid vel aliqua in plurali , & ideo ly homines est terminus Categorematicus.

ARTICULUS IV.

De termino Complexo & incomplexo.

Dividitur tertio terminus in complexum, & incomplezum, terminus complexus est, *cujus partes per se sunt significativa*, id est, quælibet per se separata significat v. g. homo albus, constat ex duabus vocibus, nempe homo, & albus, quarum quælibet per se significat, incomplexus est ille, *cujus partes separatim sumptæ non significant saltem juxta significationem totius vocabuli*, ut homo, leo, dominus, & aliæ voces simplices: imo & compositæ, ut respublica, equiferus, lauriger, nam licet partes dominus v. g. quæ sunt do & minus separatæ significant, *non tamen juxta significationem totius*, quia ex harum significatione non resultat significatio totius, cum illæ significant dare minus, & totum significet illum, qui habet dominium seu potestatem, item partes vocis respublica aliud significant conjunctæ in roto, nempe communitatem civium sub certis legibus degentium, aliud separatæ, scilicet rem ad communitatem spectantem.

ANNOTATIO.

Advertendum, non esse de ratione nominis compositæ figuræ habere partes per se significativas, ut constat quando componitur ex duabus fractis v. g. ly lauriger componitur ex
ly

ly lauri, & ger, quæ nihil significant, & si aliqua componantur ex duabus integris significantibus, ut *respublica*, hoc est *per accidens* ad rationem nominis compositæ figuræ.

ARTICULUS V.

De termino Concreto & abstracto.

Dividitur quartò terminus in concretum & abstractum. Concretus est, qui significat formam connotando subjectum, ut *homo albus*: terminus abstractus est, qui significat solam formam, ut *humanitas albedo*.

Concretus est duplex, alius intrinsecè denominans, alius extrinsecè denominans, concretus intrinsecè denominans est, qui tribuitur ei in quo per se loquendo est forma per ipsum significata, ut quando dicitur *paries est albus*, quia *albedo*, quæ est forma significata, est in ipso pariete.

Dixi per se loquendo: quia per accidens potest fieri contrarium, uti docetur in logica, quod enim cognitio reflexa, qua intellectus se ipsum cognoscit, fit in intellectu, hoc plane habet se per accidens ad denominationem cogniti.

Terminus concretus extrinsecè denominans est, qui tribuitur ei in quo non est forma per ipsum significata, ut *paries est visus*, siquidem visio non est in pariete, sed in oculo videntis.

ARTICULUS VI.

De termino Connotativo & absoluto.

Dividitur quintò terminus in connotativum, & absolutum; connotativus est, qui significat aliquid per modum alteri adjacentis, v. g. album. Absolutus est, qui significat aliquid per modum per se stantis: significare autem aliquid per modum per se stantis, est ut aliud significare, ac si per se staret, & nulli subjecto adhereret, v. g. ly albedo significat albedinem, quæ adjacet alicui, cæterum non significatur ut adjacens, sed ac si per se staret; significare per modum alteri adjacentis est significare per modum accidentis, id est, ut adjacens alicui.

ANNOTATIO.

Advertendum hic primò: quod per terminum absolutum possit significari accidens, vel substantia dummodo significetur per modum substantia, & hoc est significare per modum per se stantis: Item quod per connotativum possit significari substantia vel accidens, si per modum accidentis significantur, ut ly humanum, & rationale sunt connotativi, quia licet significant substantiam, ex modo tamen significandi illam significant per modum accidentis, id est alteri adjacentis! Porro distinctio terminorum non sumitur ex re significata, sed ex modo significandi, quod semper præ oculis habeatur, ut cognoscatur quid sitas terminorum.

Secundò:

Secundò : Connotativum habere duplex significatum , scilicet formale , & materiale ; illud dicitur formale , quod denotatur adjacere , & illud materiale , cui denotatur adjacere : significatum formale dicitur *primarium* , materiale *secundarium* v. g. hic terminus album significat formaliter albedinem connotando subjectum , v. g. partem cui inest albedo.

Tertiò ; quod non sufficiat ad terminum connotativum cujuscunque rei connotatio , v. g. objecti , vel causæ , sed requiratur connotatio rei per modum subjecti , licet enim sapientia , & scientia , & alia hujus generis connotent objectum , non tamen sunt termini connotativi , sed absoluti.

Quartò : quod terminus concretus per hoc distinguatur à connotativo , quod terminus concretus , ad plura se extendat , quam connotativus : adeoque sit verum dicere , omnis terminus connotativus est concretus , non tamen omnis terminus concretus est connotativus , quia connotativus addit ad concretum modum significandi per modum alteri adjacentis quapropter ly Homo est terminus concretus , & non connotativus : cum significet humanitatem per modum per se stantis.

Quintò : quod terminus absolutus per hoc distinguatur ab abstracto , quod terminus absolutus ad plura se extendat , quam abstractus ; Proindeque bene dico : omnis terminus abstractus

De t
absolutus , (e
dicitur : nam homo
sunt abstracti.
tertio , quod est
connotativi , non
nam ly al
est terminus eo

ARTI

De termino

videtur septim
equivocum , &
est , qui signi
simpliciter eand
in homo respect
equivocas est
in se simpliciter
parius : sed
anis respectu h
analogus est
nato partim eand
Terminus equi
elo , & in equi
ia est qui nulla
vires ad aliud i
v. g. quod pili
hila acceperint
natio aliquam

Etus est absolutus, sed non omnis absolutus est abstractus: nam homo, animal, &c. Sunt absoluti, sed non sunt abstracti.

Sextò, quod omnia nomina adjectiva sint termini connotativi, non tamen omnia substantiva sint absoluti, nam ly albam etiam substantive sumptum est terminus connotativus.

ARTICULUS VII.

De termino univoco & equivoco
& analogo.

Dividitur septimò terminus in univocum, equivocum, & analogum. Terminus univocus est, qui significat aliquam rationem in pluribus simpliciter eandem, ut animal respectu specierum homo respectu individuorum.

Æquivocus est, qui non significat ullam rationem sive simpliciter, sive secundum quid eandem in pluribus: sed ipsa plura immediate ut diversa; ut canis respectu latrabilis, marini, & cælestis.

Analogus est, qui significat rationem aliquam in multis partim eandem, partim diversam.

Terminus æquivocus dividitur in æquivocum à casu, & in æquivocum à consilio: æquivocus à casu est qui nulla habitudine, vel proportione, habitus unius ad aliud imponitur ad significandum plura, v. g. quod piscis marinus, animal latrabile, & stella acceperint nomen canis, id casualiter, & non ob aliquam rationem factum est.

Æqui-

Aequivocus à consilio : qui alias idem est , ac analogus , est , qui ex certa ratione & causa imponitur ad significandum plura , v. g. Sanum impositum est urinæ, medicinæ, & animali, quia impositor nominis vidit , quod urina esset signum naturale , & medicina causa , & animal subiectum sanitatis.

Terminus Analogus etiam subdividitur , videlicet , in analogum analogia attributionis , & analogum analogia proportionalitatis. Analogus analogia attributionis est , *cujus nomen commune est , ratio vero substantia secundum illud nomen est eadem secundum terminum , & diversa secundum habitudinem ad illum , ut sanum , quod nomen commune est medicinæ , urinæ , & animali ; ratio vero significata est eadem secundum terminum , quia eademmet sanitas est , quam respicit animal , in quo est sanitas intrinsecè , & medicina à qua causatur , & urina que illam indicat , est verò diversa secundum habitudines diversas ad sanitatem , quales sunt habitudo subiecti , secundum quam respicit sanitatem animal , causa , secundum quam respicit medicina , & signi , secundum quam eam respicit urina.*

Analogus analogia proportionalitatis est , *cujus nomen commune est , ratio vero substantia secundum illud nomen est similis secundum proportionem ut patet in nomine principio , quod est commune cordi , & fundamento domus , v. g. ratio*

De
vero per illud fi
ria , & similis
enim vid
animal , & s
ab alio deri
secundum pro
ad principia
habiter se habet
domum

AN

terendum pri
in quali medi
propter ratio
dixi quasi
quod dicit , ab
eodem simplici
eodem , ratione a
is , & sic magi
m , & proptere
nominat analog
simpliciter di
usandi : que
proportionaliter
non) alius sit
quo analogus
& ille , qui tri
significatiom , &
reus est ipse ,
tam , v. g. est

ratio verò per illud significata est simpliciter diversa, & similis secundum proportionem; quamvis enim valde diverso modo *cor* principiet animal, & *fundamentum* domum, neque unum ab alio derivetur, est tamen aliqua similitudo secundum proportionem, quia sicut se habet *cor* ad principianum animal, ita proportionabiliter se habet *fundamentum* ad principianum domum.

ANNOTATIO.

Advertendum primò: quod terminus *Analogus* fit quasi medius inter *univocum* & *equivocum*, propter rationem partim eandem partim diversam: dixi quasi medius quia ita non mediat ut æqualiter distet, ab utroque extremo, quia dicit rationem simpliciter diversam & secundum quid eandem, ratione attributionis aut proportionalitatis, & sic magis accedit ad extremum *equivocum*, & propterea Aristoteles sub *equivocis* comprehendit *analogas*, quia *equivocæ* dicuntur rationem simpliciter diversam.

Secundò: quod terminus *analogus* (idem proportionaliter dicendum de *equivoco* & *univoco*) alius fit *analogus analogans*, alius *analogus analogatus*, terminus *analogus analogans* est ille, qui tribuitur pluribus in diversa partim significatione, & partim eadem; *Analogus analogatus* est ipse, cui *analogans* tribuitur: ut sanum, v. g. est *analogus analogans*, & medicina

na *analogatus*, quia sanum est ipsum quod tribuitur, medicina cui tribuitur.

Tertiò : quod analogia attributionis vocetur *attributionis vel quia* in ea principale *analogatum* tribuit denominationem alius, (medicina enim dicitur sana, quia est *causa* sanitatis, *animalis* urina dicitur sana, quia est *signum* sanitatis *animalis*,) *vel quia analogata* minus principalia quasi attribuuntur principaliori *analogato* & reducuntur ad illud tanquam ad radicem suæ denominationis.

Quartò : quod analogia proportionalitatis vocetur *proportionalitatis*, non quia hæc analogia attenditur penes proportionem unius ad alterum, sed penes *proportionalitatem*, id est, similitudinem duarum proportionum, tam proportio tantum est inter duos terminos. v. g, inter tria & sex, ubi est proportio dupli : *proportionalitas* autem versatur inter quatuor terminos, seu melius loquendo, inter duas proportionem exigentes quatuor terminos, secundum ipsam enim dico, sicut se habet *cor* ad *hominem* (ecce unam proportionem inter *cor* & *hominem* tanquam inter duos terminos, ita se habet *fundamentum* ad *domum*, ut duos quoque terminos, exprimentur autem nudè, & simpliciter istæ proportionem, sed cum similitudine, quæ inter ipsas intercedit, quæ similitudo exprimitur per *ly*, *sicut*, & per *ly ita*.

ARTICULUS VIII.

De termino communi & singulari.

Dividitur octavo terminus in *communem & singularem*; communis est, qui significat *plura divisim*, id est, plura, quæ in aliqua ratione conveniunt, v. g. homo, significat Petrum & Paulum, quatenus in natura humana sunt conformes, & de singulis eorum *divisim* prædicatur. Terminus singularis est, qui significat *unum tantum* v. g. Petrus.

Rursus dividitur terminus in *collectivum, & divisivum*, collectivus est, qui in *singulari numero* significat *plura copulativa*, id est, significat plura, ita ut de quolibet illorum in *particulari* non possit affirmari: ut *ly populus* significat, v. g. omnes cives hujus civitatis, ita ut de quolibet non possit affirmari, quod sit *populus*. *Divisivus* est, qui in *singulari numero* significat *unum, aut plura divisim*, id est, ita ut de quolibet possit verificari. v. g. *ly homo* verificatur de Petro, & de Joanne. Dixi autem in *singulari numero*, quia *plurale* mensurandum est per *singulare*, v. g. *ly homines* est *divisivus*, & *ly populi*, est *collectivus*.

Uterius terminus communis dividitur in *transcendentem, supertranscendentem, & non transcendentem*, transcendens est, cuius significatum in omnibus rebus invenitur, & de omnibus prædicatur, & hujusmodi sunt sex, scilicet:

licet *res, ens, unum, bonum, aliquid, verum*. Terminus supertranscendens est ille, qui ad plura se extendit, quam transcendens, v. g. imaginabile, & cogitabile, qui non solum verificatur de rebus habentibus aliquod esse, sed etiam de omnino fictitiis & Chimericis. Non transcendens est, qui aliquam rem determinatè significat, ut Petrus, homo.

ARTICULUS IX.

De termino finito & infinito.

Dividitur nō terminus in finitum, & infinitum, finitus est, cui non affigitur negatio, & significat aliquam naturam determinatè. Ut homo, Petrus, &c. Infinitus est, cui affigitur immediatè negatio non, & nihil determinatè significat, v. g. non homo.

ANNOTATIO.

Advertendum, hic particulam non sumi dupliciter, neganter scilicet, & infinitanter, tunc sumitur neganter, quando præfigitur verbo, eique applicat suum significatum, v. g. si dicas: homo non currit: tunc sumitur infinitanter, quando immediatè applicatur alicui termino, ut si dicam: non homo, non lapis, sub hac acceptance particula non semper juxta communem sententiam infinitat terminum; dixi juxta communem sententiam, quia non desunt, qui dicunt,

cunt ly non sive applicetur verbo , sive sub-
jecto , posse sumi infinitanter.

ARTICULUS VII.

De terminis prima , & secunda intentionis.

Dividitur decimo terminus in terminum pri-
ma , & secunda intentionis , terminus pri-
mae intentionis est , qui significat aliquid secundum
id , quod ei convenit à parte rei , id est , sine ope-
ratione intellectus , ut homo , leo , & similes ter-
mini significantes naturas reales . Terminus se-
cundae intentionis est , qui significat aliquid secun-
dam id , quod ei convenit per operationem intellectus,
ut species , genus &c.

ANNOTATIO.

Advertendum hic , quod sint duplicis ge-
neris praedicata ; quaedam enim conveniunt re-
bus à parte rei , v. g. homini convenit à parte
rei esse rationalem , risibilem , &c. Alia verò
sunt praedicata , quae conveniunt rebus , prout
sunt in intellectu , ut esse genus , esse speciem , non
conveniunt homini ; vel animali , nisi pro ut ab
intellectu concipiuntur absque suis inferiori-
bus , prima ergo praedicata sunt termini prima
intentionis ; secunda autem sunt termini secun-
dae intentionis , sic dicti : quia id , quod conve-
nit alicui secundum quod à parte rei est , est
quasi primum in illo , quod verò convenit alicui

solum secundum quod est in intellectu, est quæsi
secundum.

Alii dicuntur impertinentes, & alii perti-
nentes; termini impertinentes sunt illi, quorum
neuter, aut alterum infert, aut repugnat alteri,
ut doctus; & justus; ex eo enim quod aliquis
sit doctus, non sequitur etiam quod sit justus, ne-
que tamen etiam repugnat, quin doctus etiam
sit justus.

Termini pertinentes sunt, quorum unus
vel infert alterum, vel repugnat alteri; & si
quidem unus alterum infert, ut homo, & risi-
bile (ex hoc enim quod aliquis sit homo, bene
sequitur, quod sit risibilis) dicuntur pertinen-
tes sequelâ, si autem unus repugnet alteri; ut
album & nigrum, dicuntur pertinentes repug-
nantia.

Rursus pertinentes sequelâ, aliqui sunt con-
vertibiles, alii inconvertibiles; convertibiles sunt,
quorum unus infert alium, & iterum infertur ab
illo, ut homo: & risibile; bene enim sequi-
tur, est homo: ergo risibilis, & e contra: est
risibilis; ergo est homo. Inconvertibiles sunt, quo-
rum unus infert alterum; sed non iterum infer-
tur ab illo, ut homo & animal, bene enim infer-
tur est homo: ergo est animal, non tamen e con-
tra; est animal, ergo est homo, potest enim esse
brutum: idque idè accidit, quod comparentur
ut superior. & inferior.

Termini pertinentes repugnantia, quidam
dicuntur.

dicuntur *disparati*, suntque illi, qui, *quamvis* repugnent, non tamen sunt proprie oppositi, ut homo, & equus, qui significant diversas naturas incompatibiles in eodem subiecto; alii vero termini sunt *oppositi*, & sunt in quadruplici differentia juxta numerum *oppositionum*, quidam enim dicuntur *contradictorie oppositi*, ut homo & non homo; quidam *contrarie*: ut album & nigrum, alii *privative*: ut videns & cæcus, alij *relative oppositi*: ut pater & filius.

CAPUT II.

De proprietatibus terminorum.

ARTICULUS PRIMUS.

De definitione suppositionis. & Divisione in
materiam & formalem.

PRO intelligentiâ articuli hujus & sequentium prænotandum primò: non omne quod aliquid significat etiam supponi aut, ut vulgo loquimur, supponere.

Secundo: quod *acceptio* sit duplex, *activa* scilicet, & *passiva*; *activa* est ipsa *actio intellectus*, qua vocem substituit & usurpat pro re significata: *passiva*, qua vox ita accipitur, & substituitur.

Suppositio bene definitur, quod sit *acceptio termini pro aliquo*, de quo verificatur juxta exigentiam copula, v. g. in hac propositione: homo est animal, *ly* homo supponit pro habente

naturam humanam , quia vice illius ponitur in propositione.

Acceptio ponitur loco generis , quia in illa convenit suppositio cum aliis proprietatibus terminorum , *alia particula* ponantur loco differentie ubi.

Advertendum primo : notanter poni particulas illas *juxta exigentiam copulae* : per has enim denotatur quod , ad hoc , ut termini supponant , *requiratur* , quod *verificetur de rebus* , *juxta quod exigit verbum positum in propositione* : Unde hæc propositiones , *Adam currit* : *Anti-Christus fuit* : sunt propositiones *de subjecto non supponente* : quia respectu copulae *currit* , non datur *Adam* ; neque respectu copulae *fuit* , datur *Antichristus*.

Hinc habes ; terminos extra propositionem non supponere : suppositio enim est *acceptio termini uniti copulae* , quod extra propositionem non fit

Advertendum secundo : quod verificatio fit duplex , una *propositionis* , alia *termini* , prima non requiritur ad suppositionem ; eo quod in propositione falsa , v g *homo est lapsus* : termini verè supponant ; requiritur ergò & sufficit *secunda* , quæ nihil aliud est , quam quod *significatum* , pro quo terminus substituitur i *verificetur juxta exigentiam copulae*.

Solet autem à Dialecticis dividi suppositio : primo *ex parte significati* , ad quod dicit respectum

De proprie
 et, in materiali
 non proprie non
 in illa vox pro
 proprie importat
 dicitur materi
 est officium lig
 in propositione
 Unde si ve
 nianis suppositio
 cum erit : sup
 no. Suppositio
 significato : ut
 supponit pro
 Hæc au
 pria, sia im
 es, quod prop
 git. Improp
 significato imp
 tribu Jodi ly
 lahorus voca
 A
 De derivati
 Suppositio
 quod primo
 tum dico : h
 supponit pro
 hanc significat

Etum, in materialem & formalem, materialis (quæ tamen proprie non est suppositio, cum non ponatur in illa vox pro alio : quod tamen ly suppositio proprie importat) est positio vocis loco sui ipsius, & dicitur materialis, quia tunc voces non exercent officium signi; sed materialiter se habent in propositione.

Unde si velis dare definitionem quæ sit communis suppositioni materiali, & formali dicendum erit: suppositio est usurpatio vocis pro aliquo. Suppositio formalis est positio vocis pro suo significato: ut homo est animal: ubi ly homo supponit pro habente humanitatem.

Hæc autem suppositio est duplex: alia propria, alia impropria, propria est acceptio vocis pro eo, quod proprie significat, ut quando dico Leo rugit. Impropria est, quando scilicet accipitur pro significato improprio: ut dum dico: vicit Leo de tribu Juda ly Leo, accipitur pro Christo, qui metaphorice vocatur Leo.

ARTICULUS II.

De divisione suppositionis formalis propria in simplicem, & realem.

Suppositio simplex est acceptio termini pro eo, quod primo, per se, & formaliter significat, ut dum dico: homo est species: ly homo tantum supponit pro illo, quod per se primo & immediate significat, id est, pro natura humana in

communis, non vero pro individuis ipsius, quæ
solum secundariò, & mediatè significat, in
quantum scilicet in illis reperitur natura hu-
mana.

Suppositio realis est acceptio termini pro na-
tura quam immediatè significat, & pro indivi-
duis, quæ solum secundariò, & mediatè significat:
ut dum dico: homo est animal; ly homo suppo-
nit, & pro natura humana, & pro individuis ip-
sius: porro hic modus supponendi, si reperitur
in terminis communibus, appellatur suppositio
realis, personalis, seu communis: si verò invenitur
in terminis singularibus, vocatur suppositio realis,
discreta vel singularis.

Quæres: an ex certo signo sciri possit, u-
trum terminus supponat simpliciter, aut per-
sonaliter.

Resp. Evidens signum suppositionis simplicis
esse hoc: quando à primo, & immediato signi-
ficat ad secundarium, & mediatum, & con-
tra non valet consequentia: hinc quando dico:
homo est species, ly homo supponit simplici-
ter: non enim valet consequentia, homo est
species, ergo Petrus est species: Unde etiam
hæc suppositio dicitur simplex, quia sistit in
uno simplici significato: non vero supponit
dupliciter, cum non transeat ad significata me-
diata. Q

Dicuntur etiam voces, quæ supponunt sup-
positione simplici supponere immobiliter, quia
ab

ab illis si significant gradum superiorem, non potest fieri descensus ad inferiora, si significant gradum inferiorem, non potest fieri ascensus ad superiora; ac proinde carent isto, quasi motu, descensus, & ascensus.

Tunc autem terminus supponit personaliter, quando à primo & immediato significato ad secundarium & mediatum valet consequentia: Unde in hac propositione, homo est animal; ly homo supponit personaliter, quia prædicatum, non solum convenit natura humana, quæ est significatum ipsius primarium: verum etiam individuis, quæ sunt significatum ipsius secundarium, & ab illo ad hoc est valida consequentia, bene enim dico: homo est animal: ergo Petrus est animal.

ARTICULUS III.

De divisione suppositionis in ordine ad copulam, seu verbum.

Suppositio in ordine ad copulam seu verbum, bene dividitur in naturalem, & accidentalem: accidentalis est positio termini pro ac existente secundum tempus importatum per copulam, vel secundum exigentiam prædicati, ut cum dico: homo prædicat, ratione copulae supponit pro hominibus præsentibus, & ratione prædicati supponit pro viris, quia prædicare non convenit foeminis, quæ suppositio

B. 8

acc.

accidit, quando est in materia contingenti.

Suppositio naturalis est, *positio termini pro omnibus suis significatis, tam existentibus, quam non existentibus*, quod contingit, quando propositio est in materia naturali: tunc enim illa copula est, non importat tempus praesens, sed unionem quandam perpetuam inter praedicatum & subjectum: ideoque in tali propositione, *verbum dicitur absolvi a tempore*: quia non unit extrema pro aliquo determinato tempore, sed semper propositio est vera; quamvis extrema in rerum natura non existant.

ARTICULUS IV.

De divisione suppositionis ex parte sinecategorematis.

Suppositio ex parte sinecategorematis dividitur in copulativam, determinatam, & confusam, & distributivam.

Suppositio copulativa est *acceptio termini pro omnibus suis significatis, non seorsim, sed collectivè, & simul sumptis*; ut dum dico: omnes Logici sunt ducenti; ubi *ly logici* supponit pro omnibus simul, sed *collectivè sumptis*, non pro hoc, vel illo Logico.

Suppositio determinata est *acceptio termini pro omnibus suis significatis seorsim, & disjunctivè sumptis*; ut dum dico; aliquis homo est albus, *ly homo* supponit determinatè, & accipitur non solum pro omnibus sub disjunctione simul

De propri
 sumptis: sed
 & simul de
 veritas, vel la
 arguit; ergo
 est albus, &c
 Suppositio
 omnia (suis signi
 id est,
 sumitur,
 no differt a d
 non supponat
 differt a suppo
 simul sub disj
 propositione
 mal, practica
 ne confusa.
 Supposit
 pro omnibus su
 sumptis, ut d
 ly homo a
 adverbialis copul
 nis seorsim,
 nectetur, &
 disjunctivè. Unde
 verus, & Pa
 nom: ergo
 animal. &
 Suppositio
 dicam, & in
 acceptio ter

simul sumptis : sed etiam seorsim , ita ut inferri possit , & simul de omnibus , ergo vel Petrus , vel Andreas , vel Jacobus &c. est albus & seorsim de singulis ; ergo vel Petrus est albus , vel Jacobus est albus , &c.

Suppositio confusa est acceptio termini pro omnibus suis significatis simul , & disjunctim sumptis , id est , quando terminus ita disjunctivè sumitur , pro hoc vel illo significato , (in quo differt à distributiva , de qua statim) ut non supponat determinate pro aliquo (in quo differt à suppositione determinata) sed pro omnibus simul sub disjunctione sumptis : v. g. in hac propositione universali : omnis homo est animal , predicatam istius , nempe animal , supponit confusè.

Suppositio distributiva est acceptio termini pro omnibus suis significatis seorsim , & copulativè sumptis , ut dum dico , omnis homo est animal : ubi ly homo accipitur , non solum pro omnibus individuis copulativè sumptis , sed etiam pro omnibus seorsim , & sigillatim : ita ut animal verificetur , & de omnibus simul , & de singulis seorsim . Unde non solum inferre licet , ergo Petrus , & Paulus , & alii sunt animal : sed etiam : ergo & Petrus est animal , & Andreas est animal . &c.

Suppositio distributiva subdividitur in completam , & incompletam : suppositio completa est acceptio termini pro omnibus suis significatis absolutè :

Caput secundum.

absolutè : ut *omne animal est*, sensitivum, facit hunc sensum, *homo, & brutum, & hic homo, & hoc brutum est sensitivum.*

Suppositio distributiva incompleta, seu accom-
modata est *acceptio non pro omnibus absolutè, sed pro omnibus accommodatè juxta exigentiam predi-
cati*, ut enim habet commune axioma taliter sup-
ponunt subjècta, qualiter exigunt, seu permittunt
predicata, ut in hoc exemplo : *omne animal fuit*
in arca Noè : ubi animal supponit *pro omnibus*
speciebus : non *pro omnibus individuis animalis*,
unde sensus est, ex omnibus speciebus animalis al-
iquid fuit in arca Noè.

ANNOTATIO.

Advertendum primò hic, quod suppositio di-
tributiva completa vocetur alio nomine *pro sin-*
gulis generum : Incompleta vero seu accommo-
data *pro generibus singulorum*. Ubi genera, ut non
rarò fit, ponuntur pro speciebus.

Advertendum secundò : ut quilibet scire va-
leat, quà suppositione termini supponant, re-
spiciendos esse potissimum terminos syncate-
gorematicos, qui aliter appellantur *signa*, &
sunt duplicis generis, alia enim sunt *signa uni-*
versalia, sive illa sint *affirmativa*, ut *omnis*, qui-
libet ; sive *negativa*, ut *nullus, nemo* : alia *par-*
ticularia, & hæc similiter aut *affirmativa*, ut *ali-*
quis, *quidam*, tum *negativa*, ut *aliquis* : non
quidam.

quidam non : Et post hæc observandas esse regulas sequentes.

Regula prima : si subjectum propositionis afficiatur signo *universali*, supponit, vel *distributive* : ut in hac propositione : omnis homo est animal, vel *collective* : juxta exigentiam prædicati : ut in illa, omnes Apostoli sunt duodecim.

Regula secunda : si vero afficiatur signo *particulari*, supponit vel *determinate*, ut aliquis homo est albus : vel *indeterminate & confuse*, juxta quod exigit prædicatum, ut in ista, aliquis oculus est necessarius ad videndum.

Regula tertia : si propositio nullo afficiatur signo, quæ dicitur propositio *indefinita*, tunc distinguendum est : vel enim propositio *indefinita est in materia necessaria*, ut quando prædicatum necessario convenit subjecto, ut in ista : homo est animal : vel *est in materia remota*, hoc est prædicatum repugnat subjecto, ut in hac : homo non est lapis, & tunc subjectum supponit *distributive*, ac si afficeretur signo *universali*, & diceretur : omnis homo est animal, aut nullus homo est lapis, Vel *est in materia contingenti*, id est, prædicatum accidentaliter convenit subjecto, ut in hac : homo est albus; tunc supponit *determinate vel confuse*, ac si diceretur : aliquis homo est albus, aliquis oculus est necessarius ad videndum.

Regula quarta : in omni propositione affirmativa

mativa prædicatum supponit confusè, ut in hac, omnis homo est animal, ibi enim animal sumitur pro hoc, vel illo, confusè, & indeterminatè: non verè pro omni, aliàs falsa esset propositio, in omni autem *propositione negativa prædicatum supponit distributivè*, ut in ista, homo non est lapis.

ARTICULUS V.

De Ampliatione, restrictione, & alienatione.

Ampliatio est *extensio termini à minori ad majorem suppositionem*, fitque duplici modo: primò: quando *terminus pro eodem significato supponens extenditur ad plures differentias temporis, quam verbum seu copula exigat.* v. g. in hac, Petrus curret, copula utpote futuri temporis tantum exigat, ut Petrus supponat pro Petro, qui erit potest tamen etiam supponere pro illo qui est, & tunc vocatur *ampliatio temporum.*

Secundo: quando *terminus, & extenditur ad plura significata, & ad plures differentias temporum quam copula exigat.* Pro exemplo poni solet hæc propositio, iusti in perpetuum vivent, ubi iusti & extenditur ad plures differentias temporis, quam copula exigat, nempe ad justos etiam nunc viventes, & etiam ad plura supposita, seu plures justos: vocatur hæc *ampliatio temporum, & suppositorum*, nec habet locum

locum in terminis singularibus ; cum hi non significant plura supposita.

Restrictio est coarctatio termini à majore ad minorem suppositionem , ut equus Petri , equus albus.

Adhanc reducitur diminutio , quæ est , quando pars suppositionis detrahatur : ut Æthiops est albus secundum dentes , ubi ratione istius particule diminuentis (secundum dentes) Æthiops supponit tantum pro illa parte.

Alienatio est transductio termini à propria ad impropriam suppositionem , ut homo marmoreus est in foro , id est , statua marmorea hominis.

Huc etiam reducitur remotio , quæ retrahit terminum à tota sua significatione , ut homo irrationalis.

ARTICULUS IV.

De Appellatione.

Appellatio est applicatio significati formalis unius ad significatum alterius , sive materiale ; & tunc vocatur appellatio materialis : sive formale ; & tunc appellatio vocatur formalis , v. g. si dicas : Petrus Logicus est magnus , est appellatio materialis : quia significatum formale termini magnus , applicatur Petro Logico ratione corporis , quod est significatum materiale istius complexi Petrus Logicus. Si autem dicas : Petrus est Logicus magnus , est appellatio formalis , quia

quia significatum termini magnus, applicatur Petro quatenus Logicus est. Porro terminus, cuius significatum applicatur significato alterius, vocatur appellans; terminus autem cuius significato applicatur significatum alterius, vocatur appellatus.

ANNOTATIO.

Advertendum primò: quod licet plures regulæ assignari soleant pro dignoscenda appellatione, quia tamen hæ sæpissimè non attenduntur, ex materia subjecta, modo loquendi & aliis circumstantiis iudicabis, quomodo vox appellet: communiores autem regulæ sunt sequentes.

Regula prima est, quando subjectum est terminus concretus, prædicatum vero connotativus, tunc connotativus appellat suum significatum formale supra materiale subiecti, sic illa propositio est vera: Christus est æternus: quia æternus appellat supra suppositum divinum, quod est significatum materiale istius vocis Christus: verum circa hanc regulam *Observabis*: quod, quando certum est rationem formalem prædicari convenire non toti, nec supposito ejus, sed parti: quod tunc etiam juxta communem modum loquendi, prædicatum non appellet supra suppositum: hinc illæ propositiones: Christus est passus, mortuus, ab-

Colat

Solute concedendæ sunt, licet earum prædicatum tantum conveniat Christo ratione *naturæ humanæ*: sic etiam absolute concedendum est, quod Petrus sit crispus, non appellando crispitudinem supra totam Petrum, aut suppositum ejus, sed *supra capillos*.

Regula secunda est: quando ex parte subjecti ponuntur nomen absolutum, & connotativum, & ex parte prædicati aliud connotativum, tum hoc appellat supra absolutum, vel substantivum ex parte subjecti positum, ut in hoc, Petrus Logicus est magnus. Si verò à parte subjecti ponatur solum substantivum, seu absolutum, & à parte prædicati duo connotativa, tum connotativum appellat supra aliud, ut in hac propositione: Petrus est Logicus magnus, circa quam regulam

Observabis: secundam hujus regulæ partem esse veram, quando illa connotativa sunt talia, ut unum possit determinari ab alio, defectu cujus non sit dicto modo appellatio, in hac propositione: Petrus est niger Logicus.

Regula tertia est: voces, quæ significant actum sive internum, sive externum, applicant actionem illam supra formale significatum termini, ut patet in his: *vidi Papam*, id est, dum erat Papa: *facio statuam*, id est facio formam statuæ.

Regula quarta est: nomina numeralia, ut duo, tres &c. quando applicantur terminis substantivis, non tantum supra materiale, sed etiam

etiam supra *formale* significatum illorum appellant, & ideo denotant multitudinem in termino appellato, tam secundum *formale*, quam *materiale* significatum.

Sin vero nomina ista numeralia applicentur terminis adjectivis, solum appellant supra *significatum materiale*, & illud tantum multiplicat.

Exemplum quoad primam partem huius regule est: dum dico: duo homines ambulant, id est, *duo supposita* habentia *duas humanitates* ambulant.

Exemplum quoad secundam partem est: quando dico, video duo alba, id est video *duo subjecta* habentia *albedinem*: quæ propositio vera esset, etiamsi in utroque albo esset eadem numero albedo.

Hinc habes primò: quare falsa sit illa propositio. sunt tres dii, quia facit hunc sensum, quod sint *tria supposita* habentia *tres deitates*.

Secundò etiam: has propositiones esse veras in divinis sunt tres divini, tres omnipotentes, tres immensi, si hæc nomina sumantur *adjectivè*: si vero nomina appellata sumantur *substantivè*, erunt falsæ: quia faciunt hunc sensum, quod in divinis sint *tria supposita* habentia *tres deitates*, *tres omnipotentias*, *tres immensitates*, quod falsum est: & hoc sensu negat illas propositiones Athanasius in suo simbolo.

Advertendum secundo: quod quia dictæ & similes

De propri
regule app
hæc etiam
quæ, aut conc
tam, licet
distinguen
advertendum
non valeat
Cathedra est li
videtur: ergo
non affect in m
ce, in concl

De uni

V Niver
num ver
complexu
proposito aliqua
male, r
omne totum e
de complexu
logica
Aliud incom
quantum fieri p
num, ut d
pro diver

similes regulæ appellationis sæpè non attenduntur : hinc etiam sæpe propositiones non sint absolute neganda , aut concedenda juxta rigorem istarum regularum , licet id fieri possit , sed claritatis gratiâ distinguendæ. Hinc

Advertendum tertio : quod variata appellatione non valeat argumentatio : v. g. non valet Cathedra est lignum , faber lignarius fecit cathedram : ergo faber lignarius fecit lignum : nam *ly fecit* in minore appellat supra formale cathedre , in conclusione supra materiale.

CAPUT III.

De universali in communi , & ejus speciebus.

VNiversale ex vi nominis sui significat unum versus alia , estque duplex : aliud complexum , quod nihil aliud est , quam propositio aliqua universalis , seu principium generale , v. g. omnis homo est animal , omne totum est majus sua parte : sunt universale complexum : sed de hoc non agitur in Logica.

Aliud incomplexum , quod significatione , & quantum fieri potest etiam voce simplex est , ita est unum , ut dicat ordinem ad plura : unde etiam pro diversitate hujus ordinis universale

incomplexum est quadruplex : scilicet in *causando*, in *representando*, in *significando*, in *essendo*, vel *prædicando*.

Universale in *causando* est *causa*, qua una existens dicit ordinem ad plura à se producibilia, ut Deus, cæli, & aliæ causæ universales.

Universale in *repræsentando* est, quod *repræsentat naturam communem in ordine ad plura* v. g. conceptus intellectus repræsentans animal.

Universale in *significando* est, quod *significat naturam communem pluribus*, v. g. vox animal.

Universale in *essendo* est illud, quod cum sit unum, inest multis, & quia ex hoc, quod inest multis, etiam sequitur, quod dicatur, seu prædicetur de illis (nam dici de, præsupponit in) hinc sequitur universale in *essendo* etiam vocari universale in *prædicando* : quia nempe est aptum prædicari de multis, quibus inest : adeoque universale in *essendo*, & universale in *prædicando*, tantum differunt ut *essentia & passio* : quia esse in est *essentiale universali*, & dici de seu *prædicabilitas* est *proprietas suo modo dimanans ab universalitate* : jam verò, quia universale in *essendo*, seu *prædicando* est *terminus concretus*, adeoque duo importat (idem dicendum de quolibet in specie) nempe *naturam quæ denominatur universalis*, & habet se ut *subiectum*, & *universalitatem à qua denominatur natura universalis*, quæque habet se ut *forma* : Hinc meritò quæri posset, quomodo

De universali
per nomen
differentialiter, & d
item quom
terminatur per no
tatem, utraque

ART

De des

Re intell
quod con
cari in re fig
eandem form
universalitas
differunt in
v. g. albedo
naturam aliis
nificat eand
subiecto, p
dem subiecto
Observatis
tractum ut
nu differant
lesantur acc
proprie (illo
loco generis
te loco differ
tas accidenti
late significat

modo universale, quando dicit illa duo, & exprimitur per nomen concretum, definiti possit, & essentialiter, & descriptivè.

Item quomodo universale in abstracto, & exprimitur per nomen abstractum, puta universalitatem, utraque definitione queat definiri.

ARTICULUS PRIMUS.

De definitione universalis in essendo.

PRO intelligentia articuli observabis primo: quod concretum, & abstractum non differant in re significata (nam utrumque significat eandem formam: v. g. tam universale, quam universalitas significat formam universalitatis) sed differunt in modo significandi, abstractum enim v. g. albedo significat formam puram, & impermixtam aliis accidentibus, concretum vero significat eandem formam ut permixtam partim subjecto, partim aliis accidentibus, quæ in eodem subjecto esse possunt.

Observabis secundò: quod concretum, & abstractum uti differunt in modo significandi, ita etiam differunt in modo definiendi: quando enim definitur accidens in concreto essentialiter, & propriè (illo modo quo definirè potest) ponitur loco generis proprium ejus subjectum in recto, & loco differentie gradus superior in essentia illius accidentis inveniuntur etiam in recto, sed adjectivè significatus.

Quando verò proprie , perfectè , & essentialiter definitur accidens in abstracto , e contra ponitur pro genere prædicatum , seu gradus ille superior , qui invenitur in essentia talis accidentis in recto , & substantivè significatus & loco differentia proprium ejus subjectum in obliquo.

Declarari hoc potest exemplo *simi* , quo Aristoteles , & S. Thomas sæpe usi sunt : *simus* enim in concreto definitur *nasus curvus* : ubi *nasus* , qui est subjectum *simitatis* , ponitur in recto loco generis , & *curvitas* , quæ est prædicatum essentialè superius loco differentia nomine adjectivo significata : Contra vero *simitas* in abstracto definitur : *curvitas nasi* , ubi *curvitas* , quæ verè est quid superius respectu *simitatis* , tenet locum generis , in eaque *simitas* convenit cum figuris ejusdem generis , *gibbositate* v. g. & *irispitudine* : loco differentia ponitur subjectum in obliquo , scilicet *nasus* , & per hoc differt à figuris ejusdem generis , quia illæ sunt curvitates v. g. scapularum & capillorum.

Observabis tertio : quod accidentia in concreto non possunt proprie , perfectè , & rigorosè defini-ri , uti etiam paulo ante insinuatum fuit : quia in illorum definitione ponuntur in recto res diversorum prædicamentorum , *nasus* enim v. g. est de prædicamento substantiæ , & *curvitas* de prædicamento qualitatis : contra verò accidentia in abstracto proprie , perfectè , & essentialiter defi-

De universali
 non possunt : q
 locogeneris
 ponitur
 attendatur
 eam differentia
 per ordinem ad
 Causa vero
 in proportione
 est differentia
 res diversorum
 quia , licet co
 entia per se ,
 ut ut entia
 mus res , u
 accidens rigo
 concreta ac
 posse , qua
 etiam res fig
 et in acervo
 rigorosè
 Dixi ser
 quia si non in
 est
 ata , tam
 ta eadem erit
 liquens erit
 congregativus
 congregativus
 dimiti possit
 nam per h

definiri possunt : quia in illorum definitione ponitur loco generis, quod est verum genus, & loco differentia ponitur subiectum proprium in obliquo, ut ostendatur, subiectum non esse ipsam intrinsicam differentiam accidentis : sed illam desumi per ordinem ad subiectum illud.

Causa vero, cur accidens in concreto servata proportione nominis concreti non possit definiri, nisi definitione non rigorosa (in qua ponuntur res diversorum prædicamentorum) est illa : quia, licet concreta quo ad rem significatam sint entia per se, tamen ex modo significandi sumuntur ut entia per accidens. Unde cum definiamus res, ut nominibus significantur & entia per accidens rigorosè definiri non possint, sequitur concreta accidentaliter definiri quidem melius posse, quam entia merè per accidens, in quibus etiam res significata est ens per accidens, ut patet in acervo lapidum, non tamen definiri posse rigorosè.

Dixi servatâ proportione nominis concreti : quia si non sumatur concretum proprie, ut concretum est ; sed tantum attendatur res significata, tum, sicut non distinguitur ab abstracto, ita eadem erit utriusque definitio, & per consequens erit verum dicere : albedo est color disgregativus visus & album est coloratum disgregativum visus quæ ultima definitio, etsi admitti possit, in quantum explicat rem significatam per ly album ; est tamen in Schola S.

Thomæ abusiva : quia non est conformis modo significandi, quem habet album. Ex quibus colliges primo : bonas esse definitiones universalis in concreto, *Universale est unum aptum inesse multis* : puta per identificationem, ita ut mediante copula est, quæ identitatem significat, de illis prædicari possit : *Universale est unum aptum prædicari de multis* : quarum prima est definitio essentialis universalis in concreto, & altera descriptiva.

Explicatur definitio : definitum est universale, quia est id, quod explicatur, unum ponitur loco generis, & per hoc denotatur natura, sive subjectum, quod denominatur universale : debet autem natura esse natura integra, & completa, & hinc à definitione universalis excluditur *suppositum*, *persona* : significat enim rem existentem in natura : adeoque primum significatum non est natura, sed *existentia*, quæ est modus, & actus naturæ, ita in *existentia* : quia habet rationem partis : cum sit complementum substantiæ, potest tamen induere rationem *universalis secundum quid*, puta *accidentis*, in quantum potest prædicari de Petro & Paulo tanquam *subjectis* : aut etiam generis vel *speciei* : in quantum potest prædicari de *existentiis specie distinctis*, aut de hac vel illa *existentia*. Idem dicendum erit de *anima vegetativa & sensitiva*, aut respectu hujus & *istius anime*.

Item

Item natura posita loco generis debet esse una-
nitate simpliciter dicta : per quod excluduntur
ens respectu decem predicamentorum : & acci-
dens respectu novem predicamentorum accidenti-
um : Item individuum vagum , cum explicetur
termino complexo : & propter eandem rationem
excluditur etiam descriptio.

Ex quo etiam habes : quod non sufficiat ad
universale , puta formale , unitas conformitatis,
per quam v. g. natura Pauli ante actum intellectus
est similis naturæ Petri : sed debet esse unitas præ-
cisionis , & simpliciter dicta , per quam scilicet
natura eadem manens reperitur in pluribus spe-
cie , vel numero distinctis , & per hoc excludun-
tur æquivoca , & analogæ.

Dicitur actum : quia ad universale non re-
quitur , ut actu habeat multa , de quibus præ-
dicetur , sed sufficit , ut possit habere multa , aut
si etiam non possit divinitus habere multa , suf-
ficere , quod ita concipiatur ab intellectu , ut se
possit per absolutam Dei potentiam habere
multa ; verè prædicaretur de illis : Porro si de
facto habet multa , vel possit habere , vocatur
universale secundum rem & rationem simul , ut
homo , sol , luna , si vero nec de facto habe-
at multa , vel possit habere , ex modo tamen
conciendi ita se habeat , ut si darentur , prædi-
cetur de illis ; vocatur universale secundum ra-
tionem tantum , qualia sunt natura Gabrielis ,
Raphaelis &c.

Disiatur predicari subintellige divisim, id est, ut de quolibet *seorsim* affirmari valeat : unde licet *populus* (idem est de aliis collectivis) sit terminus universalis respectu huius, & istius populi ; non tamen respectu quorum est collectivum : quia sic significat plura, ut non possit de quolibet in particulari affirmari : non enim benedico : hic civis est populus, iste civis est populus &c.

Dicitur tandem de multis, puta naturam multiplicantibus : unde excluditur Deus, quia non prædicatur de multis naturam multiplicantibus ; res enim personæ, de quibus prædicatur, habent unam naturam.

Colliges secundo universale in abstracto, seu universalitatem essentialiter bene definiri : quod sit aptitudo rationis ad essendum in multis natura simpliciter unius.

Descriptivè hoc modo : universalitas est aptitudo rationis ad prædicandum de multis natura simpliciter unius.

ANNOTATIO.

Advertendum hic primò : bene esse observanda quæ circa definitionem universalis in communi dicta sunt ; quia illis rite observatis facile intelliges omnium universalium in specie definitiones.

Secundo : ad universale sufficere, quod vel
de

De universali in co
clio per apertio
ta, aut possit se es
se extendere :
quodam rationem
Tertio : quod un
in species, differen

AR

Quod sit natura
retas vero, seu
litas natura perfe
tive bene defini
de multis specie
naturale, & pe
Explicatur
k per hoc ind
ca ; ceteræ par
ter ly specie diff
dicatur de solo
differa differen
prius in quale
tertium in qual

Advertendum
si formalis, id
libet prædicar
nde licet bon

de facto per aptitudinem rationis se extendat ad multa, aut possit se extendere, aut saltem sit sufficiens se extendere: quod additur propter universale secundum rationem tantum.

Tertio: quod universale sit quintuplex: Genus, species, differentia, proprium & accidens.

ARTICULUS II.

De Genere.

GENUS in concreto definitur essentialiter, quod sit natura universalis perfectibilis. Generitas vero, seu genus in abstracto quod sit universalitas natura perfectibilis. Genus in concreto descriptively bene definitur, genus est id, quod predicatur de multis specie differentibus in quid, subintellige potentiale, & perfectibile.

Explicatur definitio: ly id, ponitur loco generis & per hoc indicatur subjectum, seu natura generica; cæteræ particulae ponuntur loco differentie. Per ly specie differentibus differt à specie, quæ predicatur de solo numero differentibus, Per ly in quid differt à differentia, proprio, & accidente, quorum prius in quale quid, secundum in quale necessario, tertium in quale contingenter predicatur.

ANNOTATIO.

Advertendum primum: quod sensus definitionis sit formalis, id est, quod genus formaliter ut genus debeat predicari de pluribus specie differentibus: unde licet bonæ sint prædicationes, quando ge-
nus

nus prædicatur de individuis genericis v. g. hoc animal est animal, non tamen prædicatur ibi genus formaliter ut genus, sed ut induit rationem speciei.

Secundo, quod differentia, per quam genus præcisè differt ab aliis universalibus, non sine specie differentia, sed quod de illis prædicetur, ut quid perfectibile.

Tercio illa differre specie, quæ habent diversas definitiones essentielles ut homo, & brueum quorum primum definitur, quod sit animal rationale: alterum quod sit animal irrationale.

Quarto: prædicari in quid, esse prædicari essentialiter, id est, quando prædicatum est de essentia subjecti: Et hoc prædicatum, si exprimitur nomine substantivo, dicitur prædicari in quid purum, quod convenit soli generi, & speciei, si verò exprimitur nomine adjectivo, dicitur prædicari in quid cum addito, seu in quale quid? & hoc convenit soli differentia.

Porrò illud dicitur esse de essentia alicujus rei, sine quo res illa nec est, nec esse, nec concipi potest tanquam constituyente: Dico tanquam constituyente? quia finis nec datur, nec potest concipi, ut movens voluntatem, nisi ut apprehensus; & tamen apprehensio non est de essentia virtutis motivæ in fine, sed tantum conditio sine qua non etiam à Deo insupplebilis.

Quinto: Genus dividi in genus summum, & medium.

de universalibus con
sum & intimum
genus supra se, be
Ensenium, su
analogum.
Medium est, qu
est, ut corpus.
intimum est, q
solum infra se.

ART

Species in som
Strenam, Sci
Species sub
respectu diffin
& genus esse pu
rium, Species
animal respectu
minis, & brui
Species infim
sub se individua
bilem & præ
nitur, quod sit
quid est, prædic
denotat subject
differentia.
Species præ
nitur in concre
u profusa, in

medium & infimum : summum est , quod non habet genus supra se , bene tamen infra se , ut substantia ; Ensenim , quod est supra , non est genus , sed analogum.

Medium est , quod habet genus supra se & infra se , ut corpus.

Infimum est , quod habet genera quidem supra se , sed non infra se , ut animal.

ARTICULUS III

De Specie.

Species in significatione Logica dividitur in subalternam , & infimam . sive atemam.

Species subalterna est , quæ continet sub se plures species distinctas , & diverso respectu , & species , & genus esse potest , genus quidem respectu inferiorum , species vero respectu superiorum , v g. animal respectu animati est species , respectu hominis , & bruti est genus.

Species infima est , quæ tantum complectitur sub se individua , & hæc subdividitur in subjicibilem & prædicabilem : subjicibilis bene definitur , quod sit id , de quo genus hoc ipso , quod quid est , prædicatur , & id ponitur loco generis , & denotat subjectum , aliæ particulæ ponuntur loco differentie.

Species prædicabilis essentialiter bene definitur in concreto : species est natura universalis perfecta , in abstracto essentialiter ita : specie-

tas est universalitas natura perfecta.

Descriptivè verò : species est , quod de pluribus differentibus numero hoc ipso quod quid est prædicatur , quomodo hæc definitio explicanda sit , satis colligere poteris ex definitione generis , aliorum enim universalium definitiones eo proportionali modo explicandæ sunt. Hoc solum addendum est , illa differre solo numero , quæ habent eandem essentiam . & differunt solis notis individuantibus , de quibus in sequenti art. Intellegitur autem definitio non solum de illis individuis , quæ differunt numero prædicamentali , qui datur in corporeis , sed etiam quæ differunt numero transcendentali , qui competit spiritualibus.

ANNOTATIO.

Advertendum hic : quod si definitio prima speciei subijcibilis explicetur hoc modo : species est id , cui genus inest , illa sit essentialis ; certum enim est , quod esse id , cui inest genus (puta aptitudinaliter) sit speciei subijcibili essentialis , uti generi essentialis est inesse speciei ; & licet sic plerumque intelligatur definitio potest tamen etiam intelligi sic , quod subijci generi sit esse id , de quo genus prædicatur , nam subijci generi , vel esse subjectum illius in prædicatione idem videntur.

ARTICULUS IV.

De individuo.

Individuum bene definitur duplici definitione ; prima est : individuum est id quod de uno solo vel de se ipso tantum predicatur : definitio explicanda est , sicut definitio universalium ; cæterum dicitur de uno solo , vel de seipso tantum ; quia res in universali acceptæ possunt de uno , aut de seipsis predicari , dicendo : v. g. homo est homo , animal est animal , sed non tantum sic predicantur ; nam possunt etiam de aliis , scilicet inferioribus suis prædicari.

Ex quo colligitur : non omnem prædicationem identicam esse individui.

Secunda definitio individui est hæc : Individuum est , cuius collectio proprietatum sic est in uno , ut non sit in alio , ut esse affectum tali figura , colore , quantitate &c. quæ ita reperiuntur in Petro v. g. ut in alio ista conjunctim reperiiri non possint , vocantur autem proprietates istæ apud Logicos aliis nominibus conditiones individuantes , differentia individuales , hæcæitates , & comprehenduntur hoc earmine :

Forma, figura, locus, stirps, nomen, patria, tempus.

ARTICULUS V.

De Differentia.

Differentia prima , & principali divisione dividitur in communem , propriam , & propriissimam.

Diffe-

ARTI.

Differentia communis est illa , quâ aliqua differunt accidentaliter accidenti communi , sic Petrus albus differt à Paulo nigro.

Dicitur autem differentia communis , non quod actus inveniatur in utroque extremo , scilicet in re , quam distinguit , & in re , à qua distinguit (si enim actus inveniretur in utroque extremo , non distingueret unum ab alio) sed , quia neutri extremorum proprium est , & plerumque saltem utrique vicissim potest accidere , quemodo v. g. stans distinguitur à sedente.

Differentia propria est , quâ aliqua differunt accidente proprio , sicut v. g. per risibilitatem differt aliquis à non habente risibilitatem.

Differentia propriissima est quâ aliqua differunt specie & essentialiter , uti rationale , per quod homo differt specie & essentialiter à bruto , & hac ultima sola constituit tertium predicabile & communis enim directe ad quintum , & propriè ad quartum , & reductivè tantum ad tertium predicabile pertinent.

Dividitur secundo differentia in constituentem , & dividentem : constituens est , quæ addita generi constituit speciem , dividens , quæ dividit genus . & hoc eidem differentia diverso respectu convenire potest ; sic enim rationale in quantum additum animali constituit hominem , dicitur constituens : in quantum cum irrationali dividit animal in hominem & brutum , dicitur dividens.

quodammodo in com
 ponitur tertio de
 genericam , & in
 gena est , quæ con
 dicitur animal.
 animal? responde
 Specifica est , q
 indistinctam : ut
 Quæres : Quo
 , & descriptiv
 e. Differentia
 definitur hoc m
 universalis perficien
 rentialitas est un
 In concreto
 ica definitur. D
 de pluribus (spe
 male quæ de
 generis.
 Porro si prædi
 canibus , dicitur
 eorum differenti

ART

Quatuor accep
 Porphyrio :
 quod accidit s
 quæ species inf
 imini esse medi

Dividitur tertio differentia in subalternam seu genericam, & infimam, seu specificam: generica est, quæ constituit genus, ut sensitivum constituit animal. Quærenti enim, quid sit animal? respondendum est vivens sentiens.

Specificam est, quæ constituit proximè speciem specialissimam: ut rationale.

Quæres: Quomodo differentia essentialiter, & descriptivè definiatur.

ꝛ. Differentia in concreto essentialiter bene definitur hoc modo: Differentia est natura universalis perficiens. In abstracto vero ita: differentialeitas est universalitas nature perfectantis.

In concreto verò descriptivè à Porphyrio ita definitur. Differentia est id, quod predicatur de pluribus specie, vel numero differentibus in quoale quid; definitio clara est ex definitione generis.

Porro si prædicetur de pluribus specie differentibus, dicitur subalterna: si de numero tantum differentibus: infima.

ARTICULUS VI.

De Proprio.

Quatuor acceptiones proprii assignantur, à Porphyrio: primò enim dicitur proprium, quod accidit soli, sed non omni; id est, solis alicujus speciei inferioribus; sed non omnibus, ut homini esse medicum, vel grammaticum.

D

secundò

Secundo quod accidit omni, sed non soli, id est accidit omnibus alicujus speciei inferioribus sed non solis, ut homini esse bipedem.

Tertio: quod accidit omni, & soli, sed non semper, puta omnibus, & solis alicujus speciei inferioribus, ut homini canescere, ponitur autem hoc tantum exempli gratia à porphyrio: quia ut plurimum soli homines simpliciter & totaliter canescunt. Porro licet à multis sustineatur, bruta animantia non canescere sed grifescere, teste tamen Aristotele etiam equi aliquantulum canescunt, & teste Plinio lupi licet non toto capite, ut homo.

Quarto quod omni soli & semper accidit, id est, omnibus alicujus speciei inferioribus, & solis, & semper convenit, ut homini esse risibilem. Ad observandos hos quatuor modos servire potest versus ille:

Est proprium medicus, bipes & canescere, risus. Proprium quarto modo sumptum dividitur in subalternum & infimum. Proprium subalternum dicitur illud, quod dimanat à specie subalterna, ut dormitivum quod dimanat à natura animalis. Proprium infimum est, quod dimanat à specie infima, seu differentia constituyente illam, ut risibile, quod dimanat à natura specifica, seu rationalitate.

ANNOTATIO.

Advertendum primo: proprium in ultima acceptio-

Universali in
 actione confuso
 tatis simpliciter
 & reductive
 dicitur: dicitur
 modo utitur
 accidit, nisi
 proprio con
 tionale v. g. con
 semper, non ra
 Tertio: facile
 un essentialiter
 dem sit, videlicet
 sentialiter bene
 universali ad eff
 In abstracto
 universali ut
 Descriptive
 let, proprium
 tate, vel numer
 quod definitio exp
 rationalium exp
 Cum hac defini
 proprium est
 huius generis tum
 tula omni, &
 pro specie, sed
 solis alicujus sp
 Aristoteles pr
 quarto modo (Pro
 secunda acceptio

De universali in communi & ejus speciebus. 51
acceptio constituitur *quartum predicabile &*
in aliis simpliciter spectare ad quintum predica-
bile & reductivè tantum ad quartum.

Secundò: dum explicando proprium ali-
quando utimur voce *convenit*, hanc esse idem
quod *accidit*; nisi enim sic intelligatur, defi-
nitio proprii conveniet differentie, nam *ra-*
tionale v. g. convenit omni homini, soli, &
semper, non tamen *accidit*.

Tertio: facile colliges, quomodo propri-
um essentialiter, & accidentaliter defini-
endum sit, videlicet: Proprium in concreto es-
sentialiter bene definitur: Proprium est *natura*
universalis ab essentia dimanans.

In abstracto verò, seu proprietate est
universalitas natura dimanantis ab essentia.

Descriptivè vero communiter defini-
ri solet; proprium est *id, quod predicatur de pluribus*
specie, vel numero differentibus in quale necessariò:
quæ definitio explicanda est, ut & aliorum u-
niversalium explicatæ fuerunt.

Cum hac definitione coincidit illa Porphyrii
proprium est *quod convenit omni, soli & semper,*
si *ly convenit* sumatur pro *accidit*, & istæ par-
ticulæ *omni, & soli* non sumantur præcisè
pro specie, sed distributivè pro omnibus, &
solis alicujus speciei inferioribus.

Aristoteles proprium *simpliciter*, hoc est
quarto modo (Proprium enim in prima; &
secunda acceptio, dicuntur propria ad ali-

quid, & in tertia proprium Quando) sic definit: proprium est, quod non indicat quid esse rei (puta tanquam pars intrinseca, indicat enim essentiam extrinsecè, & tanquam signum) solitantum inest, & conversum predicatur; illa tamen definitio quia non insinuat ordo ad inferiora; potius est quarti prædicati, quam quarti prædicabilis.

Dixi quarti prædicati; non quasi actum quarti prædicabilis exerceat, sed quia illud, quod prædicatur alio respectu, nempe si comparatur ad inferiora, est quartum prædicabile.

ARTICULUS VII.

De accidente.

Accidens est duplex, aliud Physicum, aliud Logicum. Physicum dicitur illud, quod non est substantia, & alio nomine dicitur prædicamentale, Logicum verò omne illud, quod non est de essentia rei sive entitativè sit accidens. sive substantia, & alio nomine dicitur prædicabile, quia ita est accidens, ut saltem requirat subjectum prædicationis, de quo dicatur, non essentialiter, ut dum dico: paries est albus, poculum est aureum; licet enim aurum sit substantia, quia tamen non est de essentia subjecti. hinc illa prædicatio, uti & prior est accidentalis.

De accidente Logico procedit hic articulus,

nea

non quidem generaliter accepto, quomodo etiam proprium, utpote quod est extra essentiam rei, potest dici accidens, sed strictius accepto quod scilicet non necessario connectitur cum essentia, sed merè contingenter ad illam se habet.

Accidens *Logicum* in concreto essentialiter definitur: quod sit *natura universalis ab extrinseco adveniens*: in abstracto verò, seu accidentaleitas; quod sit *universalitas natura ab extrinseco advenientis*.

Descriptivè verò: Accidens est id quod predicatur de multis (puta subjectis) specie vel numero differentibus in quale contingenter.

Porro inter definitiones à Porphyrio traditas ista apud Philosophos maximè in usu est: Accidens est quod abest, & adest sine subjecti corruptione: ubi particulæ adest & abest intelligendæ sunt de abesse & adesse per affirmationem & negationem; non autem de abesse & adesse per realem inhætionem, & separationem, quia aliqua spectant ad accidens quintum predicabile, quæ vel non realiter inhaerent subjecto: ut genereitas, specieitas, & tamen illæ sunt prædicationes quinti prædicabilis: animal est genus, homo est species, vel non possunt realiter separari: ut accidentia inseparabilia v. g. nigredo corvi, ideo enim dicuntur inseparabilia.

ANNOTATIO.

Advertendum: Accidens à proprio potissimum

D ;

num

num per hoc distingui, quod accidens, licet aliquando absolute non possit negari de subiecto, possit tamen cum addito, salva nimirum essentiâ subiecti; proprium autem, non absolute, nec cum addito possit negari de eo, cui est proprium saltem quoad debitum.

CAPUT IV.

De prædicatione.

ARTICULUS PRIMUS

De definitione prædicationis, & generali ejusdem divisione.

Prædicationis est affirmatio unius de altero, seu enuntiatio prædicatum de subiecto affirmans; nam enuntiatio negativa juxta communiorum modum loquendi non est prædicationis.

Prædicationis generaliter dividitur in identicam, disparatam, & mediam: identica est in qua idem enuntiatur de se ipso vel eisdem vel diversis nominibus; ut Petrus est Petrus, ensis est gladius; & hæc duplex est, alia identica formaliter, in qua idem etiam secundum nostrum modum concipiendi & significandi de seipso enuntiatur ita ut, ex vi significationis terminorum idem formaliter ex parte subiecti, & prædicati importetur: ut Petrus est Petrus. Alia identica materialiter, in qua prædicatum est entitativè idem cum subiecto, formaliter tamen

tamen seu ex nostro modo concipiendi ita diversum ab illo, ut nec actu, nec potentiâ ipsum includat: ut rationalitas est sensibilitas, seu animalitas; nam animalitas semper comparatur ad rationalitatem; ut compartem, quam proinde non includit, sed excludit.

Prædicatio disparata est, in qua prædicatum nullam habet connexionem cum subjecto: ut homo est lapis.

Prædicatio media est, in qua subjectum, & prædicatum habent sufficientem connexionem, sed non omnimodam & formalem identitatem. qualem habent extrema prædicationis identicæ formaliter talis.

Unde in prædicatione media prædicatum quidem est idem cum subjecto, eique connexam, sed tamen alio modo significatur & concipitur: ut homo est animal, Petrus est homo; in quibus prædicationibus aliter significatur prædicatum, quam subjectum, & non est ejusdem formalis significationis.

ARTICULUS II.

De subdivisione prædicationis mediae.

PRædicatio media subdividitur in directam & indirectam: directa est, in qua illud prædicatur, quod habet rationem formæ, & illud subjicitur, quod habet rationem materiæ: & si oppositum fiat, est prædicatio indirecta.

Hic autem nomine subjecti, & formæ non intelligimus illud, quod physicè se habet ut forma & materia, uti v. g. in hac prædicatione, paries est albus, paries physicè se habet, ut materia & album physicè ut forma, cum albedo re ipsa recipiatur in pariete realiter; & physicè recipiente; sed quod quomodocunque se habet ut materia & forma, id est, quod quomodocunque intelligitur recipi in subjecto, vel recipere.

ANNOTATIO.

Advertendum primò; tunc aliquid intelligitur recipi, quando vel est superius, vel in prædicatis, æqualibus habet se ut actiuans.

Tunc verò intelligitur aliquid recipere, quando est vel inferius, aut in prædicatis æqualibus actiuatum vel constitutum illo actu: illa enim duo superius in inferiori, & actus in illo, quod actiuatur recipi intelliguntur: ob quod etiam habent rationem formæ, cum forma dicatur recipi in suo subjecto.

Unde hæc est directa prædicatio; homo est rationalis: indirecta, rationale est homo.

Directa item est illa, quando de gradu superiori individuato prædicatur inferior v. g. si dicam: hoc animal est homo, directa inquam est, quando per gradum superiorem individuatum demonstraturi individuum speciei, ut hic: si per ly hoc animal demonstratur individuum hominis, quia, quando animal (idem est de aliis) indivi-

in dicitur de sig
modo significandi
pro hominis, pro
recipi h
tenter ut prædic
Dicitur in princip
qualibus: nam in
perit directè præ
directa est hæc p
le, prouidè q; p
nus, vel equal
AR
De requisit
UT prædic
requisit
quod vox signific
tuo gradum
con illo, quod
vel non, natio
importat.
Secundum
potentia con
ludat. Unde h
mo est animal
est dulce: nam
us habens hum
teunde: pari
siquæres habet
tuum.

individiatur designando *individuum hominis*, ex modo significandi se habet *ut recipiens rationem ipsius hominis*, pro cuius individuo supponit, adeoq; recipit hominem *ut superius*, & consequenter *ut prædicatum formale*.

Dixi in principio Annotationis in prædicatis æqualibus: nam inferius, licet sit in se actus, non potest directè prædicari de superiori: Unde indirecta est hæc prædicatio: *animal est rationale*, proindeq; prædicatum debet esse, *vel superius, vel æquale, & tunc actus*.

ARTICULUS III.

De requisitis ad veritatem prædicationum.

UT prædicationes directæ sint veræ, duo requiruntur, & sufficiunt: primum est, *ut illud, quod vox significans subjectum in recto sive nominativo grammaticaliter loquendo importat, sit idem cum illo, quod vox significans prædicatum, in recto vel nominativo etiam grammaticaliter loquendo importat.*

Secundum: *ut prædicatum saltem confuse, & potentiâ contineat totum, quod subjectum actu includit.* Unde hæc sunt veræ prædicationes: *homo est animal: paries est albus: aliquid album est dulce: nam prioris prædicationis sensus est: res habens humanitatem est res habens animalitatem, secundæ: paries est res habens albedinem, tertix: aliqua res habens albedinem, est res habens dulcedinem.*

D 5

Deinde

Deinde etiam prædicatum ibi *confusè* continet totum id, quod subiectum *actu* includit; nam animal *confusè* & in *potentia* continet hominem, & album *confusè* continet parietem, similiter dulce *confusè* continet album, quia per dulce non intelligimus dulce tantum exclusà aliâ formâ accidentali, sed intelligimus dulce qualecunque illud sit.

Similiter etiam per animal non intelligimus aliquid, quod sit animal tantum excludendo prædicata inferiora; sed intelligimus animal qualecunque illud sit, sive etiam sit rationale sive irrationale; alias si per animal intelligeremus animal tantum, non foret prædicatio vera: hæc enim est falsa: homo est tantum animal.

ANNOTATIO.

Advertendum primò: quod nomen concretum accidentale *in recto grammaticaliter loquendo importet subiectum*, nomen autem concretum substantiale *in recto importet suppositum*: Nomen autem abstractum sive substantiale, sive accidentale, *in recto dicit formam cum præter hanc nihil significet*, pro quo possit supponere; nisi velis istam formam accipere quo ad illa, qua in sui definitione importat, & dicere, quod genus *in recto*, & differentia *essentialiter in obliquo importetur*.

secundò quod post factam incarnationem *verbi, hæc propositiones sint veræ: homo est Deus Deus*

Deus est homo ; quia rectum subiecti , & prædicati istarum propositionum est idem , estque sensus quod *suppositum habens humanitatem sit suppositum habens divinitatem* , & vice versa.

Tertio : quod identitas subiecti , & prædicati varia sit ; nam *aliquando est identitas subiecti* v. g. cum dico : *aliquod album est dulce* , & illa semper tunc est , quando *significata formalia subiecti & prædicati* communicant , & inveniuntur in eodem subiecto.

Aliquando suppositi : ut in hac prædicatione *homo est Deus* quia *significata formalia extremorum* nempe *humanitas* , & *divinitas* inveniuntur in eodem supposito.

Aliquando essentia : ut in illa prædicatione : *albedo est color* , quia ibi rectum extremorum ita est idem , ut *predicatum sit de essentia subiecti*.

Aliquando suppositi & essentia ut in hac : *album est coloratum* ; quia *albedo & color* , non tantum communicant in eodem subiecto , sed etiam *color est de essentia albedinis*.

Aliquando suppositi & essentia : ut in illa : *homo est animal* ; quia *significata formalia extremorum* , & inveniuntur in eodem supposito , & etiam *significatum formale prædicati est de essentia significati formalis subiecti*.

ARTICULUS VI.

De subdivisione predicationis directæ.

Predicatio directa subdividitur in *intrinsecam* & *extrinsecam* : *intrinsecam* est , dum for-

ma per predicatum significata est in ipso subjecto : ut quando dico : paries est albus. Extrinseca est, quando forma significata per predicatum non est in subjecto : ut paries est visus : nam visio, quæ est formale significatum prædicati non est in pariete, sed in oculo videntis.

Prædicatio intrinseca subdividitur in essentialem & accidentalem. Essentialis est, quando prædicatum (puta totum) est de essentia (subiecti) : uti homo est animal. Porro illud dicitur esse de essentia (uti & in superioribus dictum) sine quo res nec est, nec esse, nec concipi potest tanquam constituyente.

Accidentalise est, quando accidit prædicatum subjecto, sive illud entitative sit substantia : ut in hac propositione : calix est aureus (de quo & supra de accidente) sive sit accidens, idque vel proprium, ut equus est hinnibilis ; vel commune, ut equus est albus.

Solet autem prædicatio essentialis dici tam illa, in qua prædicatur aliquid in quale quid, id est in quid secundum rem tantum, seu in quid cum addito, prout differentia de specie, & individuus prædicatur, ut homo est rationalis, quam illa, in qua aliquid prædicatur in quid purum, id est, in quid secundum rem & modum simul, pro ut genus de specie & species de individuo prædicatur, quia genus est de essentia speciei, & species de essentia individui, & utrumque exprimitur nomine substantivo ; differentia autem

¶

De
 quidem de esse
 non nomine subst
 genus & species
 quom addit
 Accidentalise
 non est in quale
 denti proprio,
 convenit acciden
 Tandem præ
 equivocam, &
 lo prædicatum se
 tandem nomini
 patum de subiect
 dicatur de hom
 Equivoca
 ne diversa ratio
 terrestris, mari
 Analoga est
 nimen, & ratio
 sam de subiecto d
 matione, & a
 C
 De præ
 A
 De quidam
 Prædicam
 quod sit seri
 prædicatum

est quidem de essentia speciei, non tamen exprimitur nomine substantivo, sed adjectivo. Ideoque genus & species in quid purum & differentia in quid cum addito prædicatur.

Accidentalis prædicatio etiam est duplex, vel enim est in quale necessarium, & hæc convenit accidenti proprio, vel est in quale contingenter, & convenit accidenti communi.

Tandem prædicatio dividitur in univocam, æquivocam, & analogam. Univoca est, quando prædicatum secundum idem nomen, & secundum eandem nominis significationem aequaliter participatum de subiecto dicitur, quomodo animal prædicatur de homine, & bruto.

Æquivoca est, in qua terminus prædicatus plane diversa ratione dicitur de subiecto: ut canis de terrestri, marino, & cælesti.

Analogica est, in qua prædicatum secundum idem nomen, & rationem partim eandem, partim diversam de subiecto dicitur: ut sanum respectu urinæ, & medicinæ, & animalis.

CAPUT V.

De prædicamento in genere.

ARTICULUS I.

De quidditate & divisione prædicamenti.

Prædicamentum communiter definitur: quod sit series, seu coordinatio prædicatorum superiorum, & inferiorum ab uno supremo genere

genere usque ad individua ipsa descendens, quæ ordinatio potissimum inventa est ut in promptu haberentur prædicata ad definitiones, divisiones, propositiones faciendas accommodata, prædicamenta solent passim assignari decem, & comprehenduntur hoc disticho:

Arbor, sex servos fervore refrigerat ustos

Ruri, cras, stabo, nec tunicatus ero.

Arbor denotat substantiam, *sex* numerum, & consequenter quantitatem, *servos* relationem, *fervor* qualitatem, *refrigerat* actionem, *ustos* passionem, *ruri*, ubi, *cras* quando, *stabo* factum, *tunicatus* habitum.

ARTICULUS III.

De modis quibus aliquid ponitur in prædicamento.

TRipliciter aliquid ponitur in prædicamento, videlicet *directè*, *indirectè* & *reductivè*: *directè* dicuntur poni, quæ sunt in recta linea prædicamentali, ita ut non tantum *directè* prædicentur de inferioribus sed etiam *directè* subjiciantur in prædicatione essentiali, qualia sunt genera, & species, & individua, quæ *individua licet non prædicentur de inferioribus*, *directè* tamen superioribus in essentiali prædicatione subjiciuntur.

Indirectè ponuntur ea, quæ ponuntur ad latus:
ut

ut sunt differentie, quæ ex duplici capite in re-
cta linea prædicamentali collocari non possunt,
primò quod licet directe, & quoad rem significa-
tam essentialiter prædicentur de inferioribus non ta-
men directe, seu perfecte subjiciantur superio-
ribus; quia non includunt gradus superiores,
nec illi de differentiis directe prædicantur, se-
cundò: quod non prædicentur omnino quiddi-
tativè de inferioribus sed in quale quid.

Reductivè ponuntur in prædicamento ea, quæ di-
cunt aliquem respectum ad ea, quæ directe ponun-
tur: ut negationes, quæ dicunt respectum ad id,
cujus sunt negationes, partes ad totum principia
ad sua principia, & termini ad sua terminata.
Hinc punctum, quia est terminus lineæ, reduci-
tur ad prædicamentum quantitatis.

ARTICULUS II.

De conditionibus requisitis ad hoc, ut aliquid
directè ponatur in prædicamento.

Conditiones requisitæ ad hoc, ut aliquid
directè ponatur in prædicamento, sunt
septem expressæ sequentibus versibus.

Entia per sese, finita, realia, tota,

Vox una, & simplex, rebus concinna locandis.

Ubi prior versus indicat conditiones ex parte
rerum requisitas, secundus requisitas ex parte
vocis, seu modi significandi.

Dicitur ergo primò Entia per se, id est, unius
essentie

essentia seu natura : ad excludendum ens per accidens ; nam si ens per accidens constet ex naturis diversorum prædicamentorum , ratione sui in nullo prædicamento , sed tantum ponitur in diversis ratione illarum naturarum , ex quibus coalescit ; si autem ens per accidens constet ex multiplicatis naturis ejusdem prædicamenti , sicut acervus filiginis , tunc natura abstracta , in qua omnia illa individua conveniunt , ponitur in prædicamento , similiter & singula individua suo modo : tamen totum illud ratione sui non ponitur unica positione in prædicamento.

Dicitur secundò entia finita ad excludendum Deum , qui , si dicatur poni in prædicamento , id non est intelligendum , quod sit quid contentum in illo , sed potius ut quid continens.

Dicitur tertio entia realia , id est , quæ de facto existunt , vel saltem à parte rei existere possunt : unde & rosa in hyeme ponitur in prædicamento ; & per hanc particulam excluduntur entia rationis.

Dicitur quarto tota , id est illa , quæ non concurrunt ad componendum aliquod totum ; ut sunt partes & modi.

Dicitur quintò : vox una , seu univoca , ad excludendum equivoca , & analogia ; item simplex ad excludenda complexa.

Dicitur tandem rebus concinna locandis : ut per hoc significetur , quod debeat servari debitus modus significandi , ad hoc , ut ponatur ali-

quid

quid in predicamento. Consistit autem ille
modus significandi in hoc, quod substantiæ
debeant significari nomine concreto, & acci-
dentia nomine abstracto: quia substantia in
abstracto non sunt tam perfecte genera & species,
cum sic significatæ non sint satis completæ:
quia non important complementum substantiale,
scilicet *subsistentiam*, seu quia non impor-
tant *suppositum*. Accidentia autem in con-
creto habent se ex modo significandi ut *entia*
per accidens.

ARTICULUS IV.

De predicamento substantia.

Substantia suo modo definitur: quod sit ens per
se existens, circa quam definitionem.

Observabis primò: ideo dictum fuisse suo modo,
quia substantia (idem dicendum de aliis prædi-
camentis) cum non habeat supra se aliud genus,
propriè definiri non potest.

Secundò: quòd definitio intelligenda sit de
substantia completa, & perfectitate aptitudinali,
id est, quòd exigit ex sua natura per se existere,
quòd non convenit accidenti.

Tertiò: quòd illud dicatur per se existere,
quòd ad sui naturalem existentiam non re-
quirat subjectum inhesionis: dicitur autem (*sub-*
jectum inhesionis, quia subjectum est triplex,
aliud informationis, quòd nempe ab aliqua forma
informatur: ut corpus ab anima, aliud d attribu-
tionis, seu predicationis, de quo aliquid predicatur:

ut de homine quod sit animal, aliud, inhesionis, cui aliquid inhaeret, quod convenit accidenti,

Queres primò, quid sit propriè inhaerere? & illud propriè inhaerere dicitur, quod est in alio non tanquam pars, neque compars, & tamen seorsim existere non potest, puta abique hoc vel alio subiecto.

Queres secundò: quomodo substantia dividatur & Resp. substantia dividitur in primam, & secundam seu singularem, & universalem: substantia prima est, quae neque de subiecto aliquo dicitur, neque in subiecto aliquo est. Secunda verò rectè explicatur per hoc, quòd sint genera & species in quibus prima insunt.

Queres tertio: cur substantia singularis vocatur prima, & universalis secunda? & substantia singularis dicitur prima, quia subsistat omnibus aliis & secundis substantiis, & accidentibus, tanquam primum & unum fundamentum, substantiis quidem tanquam subiectum attributionis seu predicationis, accidentibus autem tanquam subiectum inhesionis. Universalis verò dicitur secunda, quia subsistat accidentibus, & quidem velut fundamentum secundarium.

ARTICULUS V.

De quantitate.

Quantum ab Aristotele bene describitur: Quantum est divisibile in ea, quae insunt, quorum utrumque, vel unum, velque unum quid aptum est esse: per ea, quae insunt, intelliguntur partes

partes integrantes, dicitur quorum utrumque vel unumquodque unum quid aptum est esse, quia quantitas potest ita dividi in partes, ut quælibet pars post divisionem separata possit existere, & inducere rationem totius.

Quantitas bene dividitur in quantitatem continuam & discretam: continua est, cujus partes communi aliquo termino copulantur: ut partes lineæ punctis, superficiæ lineis, & superficiebus corpus.

Discreta est, cujus partes nullo termino communi copulantur: ut numerus.

Terminus autem communis debet esse aliquid indivisibile, communiter terminans utramque partem: ut in lineâ punctum, quia terminus si posset dividi, non esset ultimum terminans.

Quantitas continua subdividitur in tres species: nempe lineam, corpus, & superficiem: Linea est quantitas extensa in longum, cujus partes copulantur punctis, quæ sunt quædam indivisibilia, initialia, & terminantia lineam, & propter hoc etiam continuantia unam partem lineæ cum alia.

Superficies est quantitas extensa in latum, cujus partes copulantur lineis.

Corpus est quantitas extensa in profundum, cujus partes copulantur superficiebus.

Ubi bene observandum: corpus non accipitur hic, prout ponitur in prædicamento substantiæ, sic enim non est species quantitatis: sed dicitur

compositum ex materia & forma, quæ est radix hujus quantitatis : quæ est corpus . accipitur enim hic corpus pro corpore quantitativo, quod in se habet trinam dimensionem, longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Quantitas discreta dividitur in numerum & orationem, numerus definitur : quod sit multitudo mensurata per unum : sicut autem unitas est duplex, una, quæ est passio entis, & dicitur transcendentalis, quoniam in omnibus entibus potest inveniri ; & alia, quæ est propria quantitatis, & solet vocari prædicamentalis ita etiam numerus duplex est, transcendentalis, qui in omnibus rebus invenitur, de quo numero proinde intelligitur, dum dicitur Angelorum ordines esse 9. Personas SS. Trinitatis esse 3. Alius verò est numerus prædicamentalis, qui constat ex pluribus unitatibus rerum quantarum.

Oratio est, multitudo prolationum seu syllabarum secundum quod longa, vel brevi duratione proferuntur, sibi que ordine quodam secundum consonantiam succedunt.

ARTICULUS VI.

De Relatione

IN relatione multa inveniuntur : imprimis invenitur duplex conceptus, alter in, & alter ad, conceptus in respicit esse in subiecto, & est communis relationi, & aliis prædicamentis accidentium, conceptus ad respicit terminum, & hic est proprius & differentialis illius.

Secun-

Secundò invenitur hoc nomen relativum, quod est concretum relationis, quæ duo relativum scilicet & relatio differunt inter se, sicut album, & albedo: unde sicut album significat subjectum habens albedinem, ita relativum significat *subjectum habens relationem*, seu aliquid habens esse ad aliud (puta ut quod) & sicut albedo significat solam albedinem, ita relatio significat *solam respectum*, quo mediante unum respicit alterum.

Tertiò *subjectum relationis*: estque illud, cui inhæret relatio, & differt hoc *subjectum à relativo*, sicut paries ab albo: uti enim paries significat subjectum cui inest albedo, album vero significat utrumque in concreto & subjectum, & albedinem; ita *subjectum relationis* dicit id, quod subicitur relationi, relativum verò dicit & relationem & subjectum, id est, relationem, ut est in subjecto, sive relationem in concreto.

Quartò invenitur *ratio fundandi*, quæ est ratio, quare relatio subjecto inest.

Quintò invenitur *terminus*: qui est id, ad quod refertur relatio.

Sextò *correlativum*: quod nihil est aliud, quam terminus vicissim relatus ad id, cujus relationem terminat, si vero ille vicissim non referatur, appellatur simpliciter terminus, non vero correlativum.

Tandem inveniuntur *relationis extrema*,

E 3

quæ

quæ sunt *relativum*, & *terminus*. seu id quod refertur, & id quod relationem ejus terminat.

Hæc omnia patent in relatione paternitatis quæ secundum communem rationem accidentis dicitur esse in, secundum rationem verò specificam accidentis dicitur esse ad, deinde *pater* est *relativum*. Item *subjectum* est *substantia patris*, præterea *ratio fundandi*, in probabili sententia est *actio generativa*. Quinto *terminus* est ipse *filius*. Sexto *correlativum* est idem *filius* vicissim relatus ad patrem, denique extrema sunt *pater & filius*.

Relatio dividitur in *realem* & *rationis*. Relatio realis est per quam *subjectum* refertur *realiter* ad aliud *independenter ab intellectu*; quo modo *pater* refertur ad *filium* ante omnem operationem intellectus. Relatio rationis est, per quam *subjectum* refertur ad aliud *beneficio intellectus*, qualiter *genus* formaliter acceptum refertur ad *speciem*, & *species* ad *genus*.

Relatio realis subdividitur in *transcendentalem* seu secundum dici, & *prædicamentalem*, seu secundum esse.

Transcendentalis est *entitas rei absoluta*; ut connotans aliquid extrinsecum, vel secundario & ex consequenti dicens respectum aliquem, ita materia respicit formam.

Relatio prædicamentalis est, *cujus totum esse est ad aliud* (intellige ut quo) quia est ipsum, quo *subjectum* refertur ad aliud.

Relatio prædicamentalis alia est *marua*, *quan-*

Di p
 sub
 qualis g. ex
 Non mar
 non inveni
 rati ordinis, ut
 creatura realiter
 tot non refertur
 relationem crea
 Relativa ma
 rati, quæ eic
 simile est simili
 diversis effera
 servas.

Qualitas b
 Quas est a g
 do definiunt;
 substantia, ab
 omni se, &
 to corporis,
 rati intelligend
 Qualitas divi
 nam ad in parent
 peribilem quæ sit ar
 Habitus (pu
 hinc disponens sub
 in natura a sua diffi

quando scilicet in utroque extremo existit relatio realis, qualia v. g. extrema sunt pater & filius.

Non mutua est, quando in uno tantum extremorum invenitur relatio realis; ideo quia sunt diversi ordinis, ut sunt creator & creatura, nam creatura realiter refertur ad creatorem, sed creator non refertur realiter ad creaturam, verum relationem creaturæ tantum ad se terminat.

Relativa mutua rursus dividuntur in *equiparantia*, quæ eisdem nominibus exprimentur, ut simile est simili simile. Alia *disquiparantia*, quæ diversis effertur nominibus ut Dominus & servus.

ARTICULUS VII.

De qualitate.

Qualitas bene describitur ab Aristotele, qualitas est à qua quales dicimur: alii hoc modo definiunt; qualitas est accidens dispositivum substantiæ, abstrahendo à dispositione substantiæ secundum se, & ad alia, sic valetudo est dispositio corporis, Logica dispositio intellectus ad rectè intelligendum.

Qualitas dividitur in *habitus* & *dispositionem naturalem potentiam* & *impotentiam*, *passionem* & *paribilem qualitatem*; *formam* & *figuram*.

Habitus (puta secundum rem) est qualitas bene disponens subjectum convenienter natura illius ex natura sua difficulter mobilis.

Dixi *primò* : puta secundum rem : quia habitus est triplex , scilicet : secundum rem tantum , secundum modum tantum , & secundum rem & modum simul.

Habitus secundum rem tantum est qualitas ex natura sua difficulter mobilis , sed nondum habens statum difficultis mobilitatis ; ut virtus acquisita , & nondum roborata , & radicata in subiecto ; ideoque vocatur *dispositio secundum modum*.

Habitus secundum modum tantum est qualitas ex natura sua facile mobilis , habens tamen statum difficultis mobilitatis : ut febris inveterata , estque *dispositio secundum rem*.

Habitus secundum rem , & modum simul est qualitas ex natura sua difficulter mobilis , & habens statum difficultis mobilitatis , ut scientia in subiecto per frequentes actus radicata.

Porro ex dictis habes , quod etiam dispositio sit triplex : secundum rem tantum , secundum modum tantum , secundum rem & modum simul , quid sit secundum rem tantum , & secundum modum tantum ; liquet ex illis , quæ de habitu dicta sunt.

Dispositio secundum rem & modum simul est qualitas ex natura sua facile mobilis , & habens statum facilis mobilitatis ; ut morbus in principio.

Dixi *secundò* in definitione habitus : bene , non addendo vel male ; quia in probabiliori sententia habitus virtiosi spectant ad dispositionem.

Dixi

Dixi tertio : convenienter naturæ illius , quia habitus per se primo non ordinantur ad operationem , uti potentia ; sed tantum ex consequenti in quantum subjiciuntur in potentia operativa.

Dixi quarto : ex natura sua difficulter mobilis , quia per hoc differt à qualitatibus tertia speciei , quia si earum aliquæ sint difficulter mobiles , id non habent ex natura sua.

Naturalis potentia & impotentia definitur hoc modo : est principium formale proximum operandi simpliciter , vel resistendi.

Dixi principium formale proximum , id est , principium quo : Nam principium est duplex , aliud radicale , & remotum , quod est ipsa forma substantialis , ut anima respectu intellectus : Aliud est proximum , & formale ut intellectus respectu ejus intellectus & hoc est qualitas spectans ad secundam speciem.

Dixi simpliciter operandi ; ad excludendos habitus qui non dantur ad simpliciter operari , sed ad melius , & si qui dantur ad simpliciter operandum ; ut habitus supernaturales v. g. fidei , spei & charitatis ; hoc non habent per se primo , sed tantum ex consequenti ; per se primo enim ordinantur , ad bene disponendum subiectum convenienter naturæ illius . Alii istos habitus per hoc bene excludunt , quia non sunt principium formale primū dicitur operandi : puta vel fortiter , & tunc est naturalis potentia , quia hæc

tribuit subjecto fortiter operari, ut potentia viva in juvene: vel debilitate & tunc est naturalis impotentia, ut potentia viva senis.

Dicitur tandem resistendi ad denotandum etiam principium magnæ & parvæ resistantiæ nempe molliem & duritiem esse qualitates ad hanc speciem pertinentes, dicuntur autem potentia passivæ, vel melius resistitivæ ad differentiam potentia activæ, quæ propriè producit effectam.

Passio, & patibilis qualitas definitur, quod sit qualitas sensibilis, seu objectiva, id est constituens objectum abicujus sensus: differunt autem inter se penes parum & multum durare, quorum prius passioni, & posterius patibili-qualitati convenit. Cæterum huc spectant lux & color, quæ sunt objectum visus: sonus, qui est objectum auditus: sapor, qui est objectum gustus: odor, qui est objectum odoratus.

Huc etiam in probabiliore sententia spectant quatuor primæ qualitates scilicet calor, frigus, humiditas, & siccitas: quæ sunt tangibiles, aut etiam dici potest, quod calor ut est terminus alterationis, & objectum sensus pertineat ad tertiam speciem quæ aîi aris, ut tamen est calor febrilis, & proinde disconveniens subjecto ad primam.

ARTICULUS VIII.

De sex ultimis Prædicamentis.

Actio benè definitur: quod sit actus secundarius potentia operative.

Pass.

Passio : quod sit receptio effectus à potentia operativa procedentis.

Ubi predicamentale est circumscriptio corporis à circumscriptioe loci proveniens.

Quando est accidens resultans in re durante ex adjacentia extrinseca temporis mensurantis

Situs predicamentalis est accidens disponens partes rei locata cum certo ordine ad locum.

Habitus est accidens ex adjacentia, & applicatione indumenti resultans.

ARTICULUS IX.

De Nomine.

Nomen hic non accipitur grammaticaliter, vel rhetorice, scilicet in ordine ad congruam latinitatem, & elegantiam sermonis; sed Logice, id est in ordine ad discernendum verum à falso, diciturque à notando quasi notamen, quia designat, & denotat, quid aliquid sit.

Nomen ab Aristotele recte definitur: vox significativa ad placitum sine tempore, cujus nulla pars separata significat, finita, & recta: Explicatur: ly vox ponitur loco generis; quia est id, in quo nomen convenit cum vocibus naturaliter significantibus, quales sunt suspiria, ejulatus &c. per significativa ad placitum distinguitur ab eisdem.

Dicitur verò sine tempore: ad excludendum verbum, quod significat cum tempore, quid autem

autem sit significare cum tempore, & sine tempore, commodius dicetur articulo sequenti.

Dicitur, cuius nulla pars significat separata ad excludendum orationem & terminum complexum quorum aliqua pars separata significat.

*Dicitur finita, ad excludendum nomen infinitum; ut non homo, quot modis autem ly non, aut negatio accipiatur, videre potest lib. I. c. 1. a. 9. de termino infinito: exclusu autem Aristoteles nomen infinitum ab hac definitione; quia hic definit nomen, quod proprie est tale, *est que notamen, quid aliquid sit*: nomen autem infinitum non significat, quid aliquid sit: sed indeterminat positivam significationem.*

Denique dicitur recta, ad excludendos casus obliquos qui tantum sunt nomina ratione sui principalis (qui ideo vocatur nominativus) & non significant rem ut quid, & extremum quoddam in se, sed respectivè ad alterum, ut cuius, cui, &c.

ANNOTATIO.

Advertendum primò: ad verbia & conjunctiones excludi à definitione nominis per ly significativa, quia illæ partes orationis sunt tantum consignificativæ; cum sint syncategoremata & tantum significant aliqualiter, non aliquid, quid verò sit significare aliqualiter, vide I. c. I. art. 3.

Secundò: istas voces, nullus, nihil, negatio, non esse nomina infinita, quia determinatè, & directè

De predicat
significat
autem indeter
significationem, ut
partes signifi
nem; hanc tamen
non important,
significandi hab
significationem.

ART

Verbum ad
ficativa ad
nulla pars separ
& semper est no
Explicatur de
aliquæ jam clara
ille: Vox signifi
separata signifi

Dicitur autem
cludendum nomen

ter participium, u
nificate cum ver

Adverte primò
ria: significat

& significare cu
ficare tempus,

vel aliquam par
tendam: sic ista

n, significant te

Directè significant ipsam negationem, quid sit, non autem indeterminant positivam aliquam significationem, uti faciunt infinita, quæ licet ex parte rei significatæ etiam importent negationem; hanc tamen ex modo significanti directè non important, & determinatè, sed ex modo significanti habent indeterminare positivam significationem.

ARTICULUS X.

De Verbo.

Verbum ab Aristotele definitur: *Vox significativa ad placitum cum tempore, cuius nulla pars separata significat, finita, & recta & semper est nota eorum, quæ de altero dicuntur.* Explicantur definitionis particule: quarum aliquæ jam claræ sunt ex Art. præcedenti scilicet illæ: *Vox significativa ad placitum, cuius nulla pars separata significat.*

Dicitur autem *significativa cum tempore*, ad excludendum nomen, & alias partes orationis, præter participium, ut autem intelligas, quid sit significare cum tempore.

Adverte primo: magnum esse discrimen inter *tria*: significare tempus: connotare tempus: & significare cum tempore: illud dicitur significare tempus, quod est impositum ad tempus vel aliquam partem ejus principaliter significandam: sic ista nomina, *Annus mensis, dies, hora*, significant tempus,

Connotare tempus est significare aliquid, quod certo tempore fit: ideoque significare illud concernendo tempus: sic cœna, prandium connotant tempus; illa vespertinum, hoc meridianum: quia significant comestionem tali tempore fieri solitam.

Significare cum tempore est significare aliquid pro ut exercetur in tempore secundum aliquam illius differentiam: id est, prout exercetur in tempore præterito, præsentis & futuro; nam hæc 3. hic intelliguntur per differentiam temporis, & hoc modo verbum aliquid significat v. g. Verbum cœno non significat tantum comestionem, quæ fit tempore vespertino; quomodo cœna illam significat, sed etiam illam significat pro ut fit in certa differentia temporis, nempe pro ut fit in præsentis, quomodo cœna illam non significat. Nam nomen cœna non importat tempus præteritum, præsens, vel futurum, ut patet.

Adverte zád, pro majori claritate & intelligentia discriminis inter connotare tempus & significare cum tempore, quod illa tria cœno, cœnavi, cœnabo connotent idem tempus nempe vespertinum significent tamen cum diverso tempore, seu diversa temporis differentia; quia cœno præsens, cœnavi præteritum, cœnabo futurum tempus importat.

Significare ergo cum tempore in verbo cœno est præter principale significatum, v. g. vespertinam comestionem certam temporis differentiam importare.

Dici-

De predicat

sunt in definitione

connotat inquit a, no

modi, cum hæc

connotatur, sed v

a significans non

dicitur velle: ut

modi præter pra

et his loquitur de

a illo potest: enu

perpetit nisi soli p

a enuntiant veri

Ideo enim ve

v. g. Petrus loc

am dicere in pra

et de aliis.

Dicitur denique

vero dicuntur se

ad hoc signific

ten esse copula,

in subiecto.

A N

Advertendum pr

in tempore & no

ficat actualitate

tantis autem & re

conatur tempore.

quod substantia

in mensuratur.

Dicitur in definitione verbi supra finita, ut excludantur infinita, non quidem, quæ sunt infinitivi modi, cum hæc per sequentem particulam excludantur, sed verba, quibus præponitur particula infinitans non, ut non amo non lego &c.

Dicitur *recta*: ut excludantur alia tempora & modi præter præsens indicativi modi, quia Arist. hic loquitur de verbo, quod per se independenter ab alio potest enuntiare veritatem, quod non competit nisi soli præsentis indicativi modi, nam alia enuntiant veritatem dependentem à præsentis. Ideo enim vera est propositio de præterito v. g. Petrus scripsit, quia aliquando fuit verum dicere in præsentis: Petrus scribit, & idem est de aliis.

Dicitur *denique est semper nota eorum, quæ de altero dicuntur ad excludendum participium, quod licet significet cum tempore, non potest tamen esse copula, seu nota connexionis prædicati cum subiecto.*

ANNOTATIO.

Advertendum primò: Ideo verbum significare cum tempore & non nomen, quia verbum significat actualitatem per modum fluxus & motus; motus autem & res ut subjiuntur motui, mensurantur tempore: nomen verò significat res ad modum substantiæ, quæ secundum se tempore non mensuratur.

Secundò

Secundò : quando dicitur verbum in propositionibus essentialibus *absolvi à tempore*, hoc esse intelligendum, quantum est *ex parte unionis extremorum*, quæ à tempore est independens, cum hoc tamen stat, quod verbum in propositione significet cum tempore, quantum est *ex parte modi significandi*.

Tertio, quòd hæc verba: sum, quiesco, habeo, possideo, non significant quidem *motum*, significant tamen *per modum motus*, quia significant rem per modum transeuntis, puta ita presentialiter esse, quiescere, habere, possidere, ut possit transire ad præteritum à futuro.

Quarto : quòd verba illa *creo, illumino, cogito, esto* non significant cum tempore, si attendatur *ad rem significatam*, significant, tamen, si attendamus *ad modum significandi*; quamvis enim illæ actiones in se non mensurentur *tempore*; nihilominus à nobis concipiuntur, & significantur *ad modum actionum*, quæ mensurantur ex natura sua *tempore*; in hoc autem consistit *essentia verbi*, quod ex parte *modi concipiendi significet cum tempore*.

LIBER II.

*De eis potissimum, quæ ad secundam mentis
operationem pertinent*

CAPUT I.

*De Oratione, Modo sciendi in genere: Item ejus
duabus speciebus, & definitione, & divisione.*

ARTICULUS PRIMUS

De Oratione.

O Ratio ab Aristotele definitur: *Vox significativa ad placitum, cujus aliqua pars separatâ significat, ut dictio, non ut affirmatio, & negatio. Dicitur vox significativa ad placitum, abstrahendo an sit vox simplex, an complexa? & in hoc convenit cum nomine, & cum verbo.*

Dicitur secundò: cujus aliqua pars separata significat, ut excludantur nomen, & verbum, & ostendatur, quod oratio sit vox complexa habens significationem complexam, & compositam ex significationibus vocum componentium manentibus intra illam, quod non convenit nominibus compositæ figuræ:

Voces ergo componentes orationem habent, & retinent, aut saltem una illarum retinet, suam distinctam significationem.

Adde dum dicitur *cujus pars*: etiam ostendi quod voces componentes *orationem* debeant se habere *ut partes* illius, adeoque inter se connecti secundum aliquam congruentem grammaticam, v. g. nominativi cum verbo, adjectivi cum substantivo.

Dicitur autem *cujus aliqua*: ut ostendatur satis esse ad orationem, quod una pars absolute loquendo significet, licet altera tantum significet. Unde oratio non tantum potest componi ex duobus terminis categorematicis, qualis v. g. est hæc: animal rationale, sed etiam ex uno categorematico, & altero syncategorematico: qualis est hæc: omne animal.

Dicitur denique *ut dictio, non ut affirmatio, & negatio*: ut ostendatur non esse necessarium ad orationem, ut una pars tanquam affirmatio & negatio significet; imo nec ipsa quidem oratio tota per modum affirmationis aut negationis significat; ut patet in oratione adducta: *animal rationale*, non tamen orationi ut sic repugnat, quod aliqua pars separata per modum affirmationis, aut negationis significet; ut patet in partibus propositionis hypotheticæ, imò & in partibus aliquarum categoricarum, quæ pro subjecto v. g. habent totam propositionem.

Oratio dividitur *primò*: in perfectam & imperfectam: Oratio perfecta est, que perfectum sensum generat, & non relinquit animum audientis *suspensum*: ut Petrus est Logicus imperfecta

Oratio non g
malogicus; &
omnes conjunct
pu. soli Deo
Oratio perfec
& non enunciata
verbum indicat
dicit vel negan
animal. non En
affirmat, vel n
verbis impera
te, v. g. Orati
Deus, vocativa
utinam salva

Modus
manifestat
fessat, quid fa
Circum hanc
tionem modi si
simile manifest
obscure duntax
notum per at
Unde exp
cer quodam
nem sine mod
satis per artij

Ha est, quæ non generat perfectum sensum: ut Petrus Logicus; & tales orationes imperfectæ sunt omnes conjunctivi & infinitivi modi. v.g. si legas, soli Deo vivere.

Oratio perfecta subdividitur in enuntiativam, & non enuntiativam; Enuntiativa est, quæ per verbum indicativi modi unum assertivè de altero dicit vel negando, vel affirmando; ut homo est animal. non Enuntiativa est, quæ nihil assertivè affirmat, vel negat, tales sunt enuntiationes ex verbis imperativi, vel optativi modi compositæ, v.g. Orationes deprecativæ: ut miserere mei Deus, vocativæ ut huc ades O Mælibee & optativæ, utinam salvarer! Interrogativæ imperativæ, &c.

ARTICULUS II.

De modo sciendi in genere.

Modus sciendi est oratio alicujus ignoti manifestativa: v.g. Animal rationale manifestat, quid sit Homo.

Circa hanc definitionem notabis primò: de ratione modi sciendi esse: ut nimirum clarè & distinctè manifestet illud, quod antea erat confusè, & obscurè duntaxat notum: item, ut manifestet ignotum per artificium aliquod dialecticum.

Unde experientia, authoritas dicentis, &c. licet quodammodo manifestent ignotum, non tamen sunt modi sciendi ob defectum manifestationis factæ per artificium.

Notabis secundò : ad modum sciendi sufficere, quod modus sciendi ex sua natura fit capax manifestandi ignotum : Unde si aliquando actu non manifestat ignotum, ut si cui cognoscenti hominem esse animal rationale, dicas : homo est animal rationale, hoc est planè per accidens.

Modus sciendi adæquatè dividitur in tres species : nempe definitionem, divisionem, & argumentationem ; sufficientia hujus divisionis, hinc liquet ; quia tria tantum possumus de re aliqua ignorare videlicet essentiam, partes & proprietates. Essentiam manifestat definitio ; partes divisio ; proprietatem argumentatio, v. g. si nescias : quid sit homo, manifestatur eum definiendo, quod sit animal rationale, si ignores partes ejus, illæ declarantur per divisionem, dicendo : hominis una pars corpus, altera anima : si tandem ignores proprietatem v. g. risibilitatem ; id declaratur hoc discursu seu argumentatione ;

Omne animal rationale est risibile :

Omnis homo est animal rationale ; ergo

Omnis homo est risibilis.

ARTICULUS VI.

De definitione.

Prima species modi sciendi est definitio, quæ hoc modo definitur : definitio est oratio naturam rei aut termini significationem explicans. Oratio ponitur loco generis, in illa enim definitio

Definitio conuenit
 una particula p
 prillas differet
 re, una terminu
 quid rei, qua ma
 rationale, alia
 ficationem expon
 habet multum
 Definitio qui
 tativa, altera
 explicat natur
 partes, si fuerit
 rentia, dicitur
 est animal ra
 fca, puta mar
 fca: ut homo
 pore.
 Descriptio
 accidentia: ha
 piva propria
 faerit commu
 impropria,
 animal pul
 patet actum
 Adverenda
 definitio nem
 essentiam
 hupatum dicit
 explicatur, &c.

Definitio convenit cum aliis modis sciendi. Cæteræ particule ponuntur loco differentie, quia per illas differt ab omnibus aliis, dicitur autem rei, aut termini: quia definitio duplex est, alia quid rei, quæ naturam rei explicat, v. g. animal rationale, alia quid nominis, quæ termini significationem exponit, ut pecuniosus is dicitur, qui habet multum pecuniæ.

Definitio quid rei, est duplex, una est quidditativa, altera descriptiva: quidditativa est, quæ explicat naturam rei per partes essentielles, & hæc partes, si fuerint metaphysicæ, puta genus & differentia; dicitur essentialis metaphysica: ut homo est animal rationale; si verò partes fuerint physicae, puta materia & forma, vocatur essentialis physica: ut homo est compositus ex anima, & corpore.

Descriptiva est, quæ explicat naturam rei per accidentia: hæc si fuerint propria, dicitur descriptiva propria, ut homo est animal risibile; si fuerint communia definiti, dicitur descriptiva impropria, & purè accidentalis: ut homo est animal pulchrum, bipes, implume, habens caput erectum.

ANNOTATIO.

Advertendum præterea: Ad omnem bonam definitionem requiritur definitum, genus definiti & differentiam vel aliquid positum loco differentie: definitum dicitur ipsum, quod per definitionem explicatur, & ponitur ante copulam est. genus

definiti est ipsum, in quo definitum convenit cum aliis à se distinctis, & ponitur immediate post copulam est. *Differentia* est id, in quo definitum à quocunque alio distinguitur, & ponitur post genus definiti.

Porro definitum est duplex, nempe proximum, & remotum: proximum est illud, cuius natura per se explicatur in definitione, definitum verò remotum est illud, cuius natura explicatur quidem per definitionem, non tamen per se primò, sed solum secundariò, quatenus continetur in definito proximo: v.g. in hac definitione: animal rationale, definitum proximum est homo seu natura humana, Remotum vero sunt individua: ut Petrus, Paulus, quorum natura etiam secundariò per definitionem explicatur; in quantum nimirum illa participant naturam hominis.

Advertendum secundò: pro pleniori intelligentia definitionum universalis in genere & ejus specierum, definitum in illorum definitionibus, aliud vocari quod, aliud quo: illud vocatur definitum: Quod in quo exercetur definitionis effectus, & vocatur alio nomine connotatum definiti, eique convenit definitio tantum accidentaliter.

Definitum quo dicitur illud, propter quod in alio exercetur definitionis effectus, & hoc propriè dicitur definitum, eique convenit definitio essentialiter, v. g. quando genus in concreto definitur: genus est id, quod predicatur de multis

&c. de-

Definitum
n. naturalis, v.
genus, ut
adventum
dones pro
per genere, &
genus, & d
Secunda est:
finito: id est
re id, quod co
Uade sequit
nare definitio
se ipso.
Tertia: d
neque dimi
tinere plus
ad explicat

Secunda
sic defini
partes, v. v
em. Addit
sio est dupl
sua signifi
nem in do
sed hæc uti
instituto di

Et c. definitum quod est ipsa natura generica, puta animalis, viventis, &c. definitum quo, est ipsa genericitas, ut connotans ipsam naturam.

Advertendum tertio: tres solere assignari conditiones pro bona definitione, prima est: ut constet genere, & differentia, vel aliquoposito loco generis, & differentia.

Secunda est: definitio debet esse clarior suo definito: id est debet clarè & expressè manifestare id, quod confusè, & obscurè est in definito: Unde sequitur, quod definitum non debeat intrare definitionem, aliàs enim idem esset clarius se ipso.

Tertia: definitio neque debet esse redundans, neque diminuta, id est definitio non debet continere plus, neque minus, quàm sit necesse ad explicationem definiti.

ARTICULUS IV.

De divisione.

Secunda species modi sciendi est divisio, quæ sic definitur: divisio est oratio rem in suas partes, vel terminum in suas significationes distribuens. Additur particula disjunctiva vel, quia divisio est duplex, alia nominis, quæ terminum in suas significationes distribuit, ut dum divido canem in domesticum, cœlestem, & marinum; sed hæc uti & definitio nominis, minus serviunt instituto dialectico.

Divisio rei est oratio rem, seu totum in suas partes distribuens, ly oratio ponitur loco generis indeque colligitur, quod hic non agamus de quacunque divisione, v. g. physica, qua scammum securi dividitur in partes, sed solum de divisione qua est artificium aliquod legale, reliquæ particulæ ponuntur loco differentie.

Divisio rei juxta diversitatem totius quod triplex lex est, aliud potentiale, aliud actuale, aliud accidentale, dividitur in potentialem, actualem, & accidentalem.

Divisio potentialis est, quâ totum aliquod distribuitur in partes quas sub se, & in potentia continet, & hæc iterum est duplex, una est divisio generis in species, ut quando animal dividitur in hominem, & brutum, ad quam reducitur divisio generis per differentias: ut, dum animal dividitur per rationale, & irrationale; sed hæc non est propriè distincta à priore, cum genus non dicatur propriè dividi in differentias, sed per differentias in species.

Altera est divisio speciei in individua: ut, dum dividitur homo in Petrum & Paulum, &c.

Divisio actualis est illa, qua totum dividitur in partes, quas actu continet. Et hæc triplex est, una metaphysica, quâ nempe totum dividitur in partes metaphysicas, quæ sunt genus, & differentia: ut dum dico, hominis una pars est animal, altera rationale; quamquam in rigore loquendo, in compositione metaphysica, seu logica,

non

non sunt admittenda proprie partes, sed tantum gradus: eò quod partes metaphysicæ non sint res distinctæ componentes unum totum, sed diversæ designationes ejusdem rei, penes magis & minus determinatum, quæ etiam causa est, cur S. Thomas dicat, quod homo non sit ex animali, & rationali, sed animal rationale, quia non est ex illis ut ex rebus distinctis, sed eandem ut ex gradibus diversimode designantibus eandem rem.

Altera dicitur physica, quæ totum dividitur in partes physicas, nempe in materiam, & formam, ut dam dico: hominis pars alia corpus, alia anima.

Tertia divisio vocatur integralis, quæ totum dividitur in partes integrantes, id est tales, quæ sua quantitate integrant unum totum, & si partes sint ejusdem rationis cum toto, dicitur homogenia, qualis est divisio aquæ, cujus quælibet pars est & dicitur aqua: si sint diversæ rationis à toto dicitur heterogenia, qualis est divisio hominis in caput, pedes, manus, &c. non enim verum est dicere: caput est homo, pes est homo, &c.

Divisio accidentalis est illa, quæ totum accidentale dividitur in suas partes sive per membra accidentiter subsistentia ad divisum, quæ divisio etiam triplex est, prima est subjectiva accidenti, ut homo alius albus, alius niger.

Secundæ divisio est accidentis in subjecta, ut album aliud nix, aliud cygnus. Tertia est accidentis

tis in accidentia, ut album aliud dulce, aliud amarum.

ANNOTATIO.

Advertendum primò : ad omnem bonam divisionem requiri divisum, & membra dividenda : divisum est ipsum, quod distribuitur in partes, membra dividenda sunt ipsa, in quæ fit distributio.

Secundò : tres esse regulas bonæ divisionis : prima est ; ut membra dividenda sint inferiora diviso, id est, ut quodlibet eorum se extendat ad minus seu pauciora, quam ipsum divisum, v. g. rationale in divisione animalis ad pauciora se extendit, quam animal.

Secunda regula est ut membra dividenda sint inferiora diviso, id est, ut quodlibet eorum se extendat ad minus seu pauciora, quam ipsum divisum, v. g. rationale in divisione animalis ad pauciora se extendit, quam animal.

*Secunda regula est ut membra dividenda si-
mul sumpta exhauriant naturam divisi, id est totum id, quod quasi confuse continetur in ipso diviso, debet explicari in membris dividendis & præter hoc nihil aliud explicari, vel contineri.*

Tertia regula est, ut membra dividenda sint inter se opposita. subintellige formaliter, id est, ratio formalis unius non sit ratio formalis alterius. dixi formaliter, quia membra dividenda possunt materialiter esse idem : sic enim una & eadem virtus est honesta, & utilis, & delectabilis, & tamen ratio honesti non est ratio formalis utilis, aut e contra.

CAPIT

CAPUT II.

De Propositione.

Egimus quidem lib. I. c. I. art. I. in Annotatione de propositione ut sic, categorica & Hypothesica, ut eò melius termini intelligerentur; sed quia obiter tantum, hinc præsentibus cap. ut loco citato promittebamus, paulò accuratius de ejus essentia & divisionibus agemus.

ARTICULUS I.

Quid sit propositio?

Propositio quidditative & essentialiter definitur: *Oratio enuntiativa alius de aliquo, seu Oratio in qua unum de altero dicitur per verbum indicativi modi: Oratio ponitur loco generis, & reliqua loco differentie, quæ etiam conveniunt omni & soli propositioni, ut consideranti patebit: nam definitio, & divisio spectant ad apprehensionem simplicem, & non sunt formaliter enuntiativa; Nam hæc est definitio. Hominis; animal rationale hæc divisio: homo alius niger, alius albus, ubi, ut vides, nihil affirmatur, vel negatur; Quod præsertim in hoc libro de eis egerimus, hoc incidenter & intertextum est; quæ causa est; cur etiam addiderimus in titulo libri potissimum de eis, quæ spectant ad secundam mentis operationem. Simuliter argumenta,*

gumentatio, quatenus distinguitur ab enuntiatione, consistit formaliter in illatione, non autem in affirmatione, & negatione: unde etiam argumentatio non dicitur vera, vel falsa, quomodo esset dicenda, si formaliter importaret affirmationem, & negationem, sed dicitur bona, vel mala.

ARTICULUS II.

De divisione propositionis in Categoricalam & hypotheticam.

PROPOSITIO dividitur bene secundum substantiam in categoricam, seu simplicem, & hypotheticam, seu compositam.

Additur in illa divisione particula disjunctiva, vel *;* quia *sammulista* plerumque categoricam simplicem, & hypotheticam cum composita confundunt: Quamquam non desint questionem facientes de nomine, qui velint illas distinguere.

Propositio Categoricala (uti lib. 1. cap. 1. art. 1 diximus) est quae constat subjecto, & praedicatione tanquam partibus principalibus, & verbo tanquam copulâ vel (quod hic addimus) propositio simplex est, quae simpliciter loquendo, unum de altero enuntiat. Unde etiam vocatur categorica à græco *κατηγορησική*, quod est praedico, vel enuntio, unde tunc semper propositio simplex, quando unum de altero enuntiat,

tur,

atur, five *subjectum sit una dictio*: ut homo est animal; five *sit oratio*: ut paries, qui est albus disgregat visum; five etiam *sit integer syllogismus*; ut si dicas.

Omne rationale est risibile.

Omnis homo est rationalis: ergo

Omnis homo est risibilis.

est bonus syllogismus.

Quia in his omnibus prædicatum enuntiatur de illo, quod ponitur ex parte subjecti, estque id, de quo alterum prædicatur.

Propositio hypothetica est, que consistat ex propositionibus aut etiam ex propositione & oratione tanquam partibus principalibus aliqua conjunctione unitis v. g. professor dicitur, & discipulus scribit.

Dicitur primò ex propositionibus tanquam partibus principalibus: quia hic una propositio non habet se ut subjectum respectu alterius; sed in ratione propositionis ingreditur illud compositum, vel conjunctum.

Secundò dicitur: aut ex propositione, & oratione, propter propositionem conditionalem, cujus una pars non est propositio, seu oratio enuntiativa; sed oratio imperfecta. ut si homo volat, habet alas: ubi, si volas, non est propositio.

ANNOTATIO.

Advertendum: Thomistas non convenirenter se, qualis sit dicenda diviso modo explicata:

cata aliqui dicunt, quod sola propositio categorica ut simpliciter loquendo propositio; quia unum de alio enuntiat. Hypothetica vero fit tantum secundum quid propositio; quia per se non enuntiat unum de alio; sed tantum unit propositiones categoricas, non enuntiando illas de se: adeoque dicunt esse *divisionem analogi in sua analogata*, id est talem, in qua membra dividenda inæqualiter participant naturam divisi.

Alii contra dicunt esse *divisionem essentialem*, & *nivocam*; ita ut utraque simpliciter sit dicenda propositio; quia contendunt *utramque esse enuntiativam*; cum hypothetica ut ajunt non sit *deprecativa*, neque *vocativa*, neque aliqua alia, proinde *enuntiativa*, & consequenter simpliciter loquendo cum categorica in hoc conveniat quod sit enuntiatio. Porro hæc Thomistarum sententia est probabilior, si tamen definitio quiddiativa propositionis, quod sit *oratio enuntiativa alicujus de aliquo*, non sumatur in toto rigore, quod scilicet aliquid tanquam *predicatum* de alio tanquam *subjecto* per verbum *indicativi modi* dicatur: nam hoc non fit in hypotheticis, sed sic intelligatur quod sit oratio enuntiativa de aliquo, id est, ita conjungens unum cum altero, ut possit iudicium ferri de objecto isto conjuncto, & ad istam conjunctionem sequatur, aut falsitas, aut veritas.

Unde

Unde quoniam
 in hypothetica
 in ditione una
 hypotheticam
 tunc signi qu
 quo tamen ita
 nis; quia ibi
 non partium
 substantia pr
 A
 De divisione
 P Ropo
 P lecuo
 quitur
 gativam: e
 Affirmati
 non proficu
 animal.
 Negativu
 getu immo
 Dixi pri
 quia propo
 lem dividit
 que enuntiat
 dicit, ac est
 Dixi secu
 potatur ne g

Unde quando S. Thomas dicit quod propositio hypothetica non simpliciter, sed tantum conjunctione una sit; tantum vult propositionem hypotheticam non esse simpliciter unam in ratione signi; quia habet plura significata, cum quo tamen stat, quod sit una in ratione propositionis; quia ibi est unitas secundum conjunctionem partium, in qua conjunctione consistit substantia propositionis.

ARTICULUS III.

De divisione propositionis categorica secundum qualitatem.

Propositio categorica sub dividitur primo secundum qualitatem essentialem, ut loquitur S. Thomas, in affirmativam, & negativam; estque divisio generis in species.

Affirmativa est illa, in qua copula principali non praefigitur immediate negatio, ut homo est animal.

Negativa est illa, in qua copula principali praefigitur immediate negatio, ut homo non est lapis.

Dixi primo: secundum qualitatem essentialem, quia propositio secundum qualitatem accidentalem dividitur in veram, & falsam: vera est quae enuntiat rem sicuti est, falsa quae enuntiat rem aliter, ac est.

Dixi secundo: copula principali: si enim praeponatur negatio copulae minus principali, & copu-

copula principalis maneat affirmativa, tota propositio manet affirmativa: Unde hæc propositio: homo qui non est studens, ridet, est affirmativa, hæc autem: homo, qui est studens non ridet, est propositio negativa.

Dixi tertio: immediate prefigitur copula, si enim negatio postponatur copulae, tunc propositio non est negativa, sed affirmativa de prædicato infinito, qualis est illa: homo est non aibus.

ARTICULUS IV.

De divisione propositionis categorice secundum quantitatem.

Propositio secundum quantitatem dividitur in universalem, indefinitam, particularem, & singularem: Universalis est illa, in qua subjectum est terminus communis signo universali affectus: ut omnis homo est animal.

Indefinita est: in qua subjectum est terminus communis nullo signo affectus: ut homo est animal. Particularis est, in qua subjectum est terminus communis signo particulari affectus: ut aliquis homo est animal. Singularis est, in qua subjectum est terminus singularis, vel stat pro singulari: ut Petrus studet, & apostolus dixit, intelligendo de sancto Paulo; volunt tamen aliqui propositionem singularem non esse quantam, sed habere se inter propositiones quantas tanquam indivisibile eo ferè modò, què punctum habet se inter quantitates.

ANNQ.

ANNOTATIO.

Advertendum primò : propositionem indefinitam, si sit in materia naturali, & remota, æquivalere universali. Unde hæc; homo est animal; æquivaleret illi: omnis homo est animal; si verò sit in materia contingenti: æquivalere particulari, ut homo currit; æquivaleret illi: aliquis homo currit. Si tamen subjectum propositionis contingentis nullo signo affectum, supponat suppositione simplici, non æquivaleret particulari, v. g. hæc: homo est species, non æquivaleret particulari.

Secundò : quod quomodo quantitas oritur in compositis Corporeis ex materia, ita etiam ex solo subjecto, quod habet se veluti materia respectu prædicati tanquam formæ pensatur quantitas propositionis: Unde hæc: omnis homo est aliquod animal, omnes personæ sunt Deus: sunt propositiones universales, licet prædicatum non sit universale.

Tercio : signa universalia esse: omnis nullus quilibet quicumque & similia: particularia verò esse: aliquis, quidam, nonnullus, &c. quorum signorum si duo apponantur uni eidemque subjecto, unum in recto, alterum verò in obliquo; tunc universalitas, vel particularitas erit dignoscenda ex signo, quod apponitur subjecto principaliori, & importatur in recto. Unde hæc propositio: omnis hominis aliquis equus est animal, est propositio particularis: si verò utrumque signum

signum & universale & particulare aequaliter importetur, & utrumque collocetur in re, tunc propositio erit quantitatis mixtæ ex universali & particulari: ut homo, & aliquid eorpus est animal.

Quartò, ut de famosioribus divisionibus propositionis interrogatus congruè respondere scias, tres notas interrogandi observabis: *qua? qualis? quanta?* interroganti enim per *qua?* est propositio: Resp categorica, vel hypothetica, prout fuerit, qualis secundum essentiam? affirmativa, vel negativa: *Quanta?* universalis, particularis, indefinita, singularis.

ARTICULUS II.

De divisione propositionis categoricæ secundum materiam.

Propositio secundum materiam dividitur in *necessariam, contingentem, & impossibilem*: Necessaria est, in qua predicatum est de essentia, vel saltem propria passio subjecti: ut homo est rationalis: homo est risibilis.

Contingens est, in qua predicatum est accidens commune respectu subjecti: ut homo est albus.

Impossibilis est, in qua predicatum repugnat subjecto: ut homo est lapis.

ANNOTATIO.

Advertendum hic primò: quando manet

id est

De predicatum
affirmativa sive
in materia prop
subjectum, qu
notum: unde ha
est, homo non
natura naturali, si
est homo est lap
advertendum
notum esse in
nam, vel prop
bili, & esse in
homo non est
nomen est im
pis, est in ma
quia enuntiat
teli: ut vero
Advertendum
sive observand
notio affirmati
tia, negativa
materia remon
necessaria, aut

AR

De divisione
secun

Propositio
sive subjecti

idem prædicatum & subjectum, siue propositio sit affirmativa siue negativa, manet semper eadem materia propositionis, propter *habitudinem ad subjectum*, quam habet ante actualem prædicationem: unde hæc propositiones: homo est animal, homo non est animal: sunt in eadem materia naturali, sicut & illæ sunt in materia remota: homo est lapis, homo non est lapis.

Advertendum secundò: non est idem propositionem esse in materia naturali, & esse necessariam, vel propositionem esse in materia impossibili, & esse impossibilem; quia hæc propositio: homo non est animal, est in materia naturali, & tamen est impossibilis Et hæc: homo non est lapis, est in materia remota, & tamen necessaria; quia enuntiat rem, quæ aliter se habere non potest: ut vero hæc plene intelligas

Advertendum tertio: sequentem regulam bene fore observandam, quod nimirum omnis propositio affirmativa in materia naturali sit necessaria, negativa sit impossibilis: è contra verò in materia remota omnis propositio negativa est necessaria, affirmativa vero impossibilis.

ARTICULUS VI.

De divisione propositionis in illam, qua est de secundo, & tertio adjacente.

Propositio de secundo adjacente est, in qua præter subjectum, & verbum non ponitur explicitè

placitè aliquod tertium loco prædicati : ut Petrus est, Petrus currit;

Propositio de tertio adjacente est, in qua illud tertium explicite ponitur : ut Petrus est albus.

ANNOTATIO.

Advertendum hic : ex propositionibus affirmativis de tertio adjacente; quarum prædicatum exigit actualem existentiam subiecti, bene inferri aliquam de secundo adjacente, v. g. Petrus est albus: ergo Petrus est, Ex aliis autem non, neque ex negativis.

ARTICULUS VII.

De propositionibus modalibus.

Dividitur etiam propositio in absolutam seu de inesse, & modalem; propositio modalis est, quæ non solum enuntiat prædicatum de subiecto, sed etiam exprimit modum habitudinis, quem habet prædicatum ad subiectum, an scilicet prædicatum dicat habitudinem necessariam! an impossibilem: an contingentem, an possibilem v. g. homo necessariò est animal: homo impossibiliter est lapis: homo contingentem est albus; album possibiliter nigrum est: ex quo.

Colliges primò : quatuor esse modos, qui constituent propositionem modalem, quantum ad præsens,

vix distinguantur, nisi forte quod contingenter denotet predicatum actu convenire, possibiliter hoc non denotet, alias in hoc conveniunt, quod denotent predicatum aliter se habere posse, quæ etiã causa est, cur supra tantum posuerimus triplicem materiam propositionis, naturalem, impossibilem, contingentem, omissa possibili.

Colliges secundò : quod ab illis quatuor modis dicatur propositio modalis, non vero à quibuscumque aliis terminis modificantibus, nam illa : Petrus disputat doctè, non est modalis.

Propositio absoluta est, quæ sine talibus modis unam extremum de alio enuntiat, & vocatur etiam de inesse : ut Petrus est animal. Petrum esse animal est verum : Petrum esse lapidem est falsum.

Quæ duo posteriora exempla adduntur : ut ostendatur etiam verum, & falsum non esse proprie modos, nec facere propositionem modalem, quia verum, vel falsum per omnem propositionem significatur, & ideo, num addatur vel ommittatur, nihil refert.

ANNOTATIO.

Advertendum : in propositionibus modalibus præter copulam duo reperiri ; scilicet modum & dictum : modus exprimitur vel nominibus illis : necesse ; impossibile ; contingens, possibile ; vel hisce adverbis : necessario, impossibilitèr, contingentèr, possibiliter. Dictum, sunt cæ-

*Terre partes orationis in tali propositione inventæ ,
v g. in hac : Petrum studere est contingens, con-
tingens est modus, Petrum studere est dictum.*

ARTICULUS III.

De propositionibus Hypotheticis.

Propositio Hypothenetica subdividitur in copulati-
viam, disjunctivam, conditionalem, rationa-
lem, & causalem: Quamquam juxta S. Tho-
mam rationalis, & causalis etiam ad conditio-
nalem revocari possint.

Propositio copulativa est, *cujus partes princi-
pales conjunctione copulativa, Et, aut simili uni-
untur: ut Petrus scribit, & Paulus scribit: ut hæc
sit vera propositio, debet utraque pars esse ve-
ra; ut autem sit possibilis, non sufficit, utram-
que partem esse possibilem; sed etiam requiri-
tur, ut sint composibiles, unde hæc est impos-
sibilis: Petrus scribit, & non scribit.*

Propositio disjunctiva est, *cujus partes prin-
cipales, uniuntur conjunctione disjunctiva, vel, aut
simili, ut vel Petrus scribit, vel Petrus currit, ut
hæc sit vera requiritur & sufficit veritas alterius
simplicis unde in rigore loquendo erit falsa, si
utraque simplex sit vera v. g. si dicas: vel Petrus
scribit vel sedet, quia illa propositio in rigore facit
hunc sensum: Petrus vel tantum scribit, vel tantum
sedet: subinde tamen non loquimur in ipso ri-
gore.*

Propo-

D
Propositio co
propati unum
misi: ut si firm
moli veritate
medicatur
atur antecede
tate in Exemp
Propositio r
ales ununtur
simili: ut hono
ad hujus ve
sequatur ex a
rum.
Propositio
les ununtur
simili, ut qu
ad hujus ve
quens sequa
veritatem ca
quod antecede
requiri ad ve
quiritur, ut
Unde falsa est
is, est ration
Advertendum
posiciones fier
tam esse copul
venit, erunt

Propositio conditionalis est, *cujus partes principales ununtur media conjunctione si, aut simili*; ut si aſinus volat, habet alas. Ad hujusmodi veritatem ſufficit, quod una propositio, quæ dicitur conſequens, ſequatur ex altera, quæ dicitur antecedens; Etiamſi ambæ ſint falſæ, ut patet in Exemplo allato.

Propositio rationalis est, *cujus partes principales ununtur conjunctione rationali*. Ergo, *aut ſimili*: ut homo eſt rationalis; ergo eſt riſibilis. Ad hujus veritatem requiritur ut conſequens ſequatur ex antecedente, & antecedens ſit verum.

Propositio cauſalis eſt, *cujus partes principales ununtur media conjunctione cauſali quia, aut ſimili*, ut quia homo eſt rationalis, eſt riſibilis, ad hujus veritatem non ſufficit, quod conſequens ſequatur ex antecedente, uti ſufficit ad veritatem conditionalis, non ſufficit etiam, quod antecedens ſit verum, quod dictum fuit, requiri ad veritatem rationalis; ſed inſuper requiritur, ut antecedens ſit cauſa conſequentis. Unde falſa eſt hæc cauſalis: quia homo eſt riſibilis, eſt rationalis.

ANNOTATIO.

Advertendum hic primò: ut ſcias, an iſte pro-
poſitiones ſint affirmativa, an negativa: inſpicien-
dam eſſe capulam principalem: hæc enim ſi affir-
metur, erunt affirmativæ, quales ſunt hæc: ſi ho-

mo est rationalis, est risibilis, si homo non est rationalis, non est risibilis. Ubi copula principalis si affirmatur si verò copula principalis negetur, erunt negativæ, qualis est hæc: non si homo est rationalis, est risibilis.

Secundò: quod affirmativum, & negativum dum sunt differentie dividentes propositionem categoricam, aliter sumantur, quam cum dividant propositiones compositas. Quia in his penes aliam copulam attenduntur, nempe penes conjunctionem copulantem propositionis compositæ.

ARTICULUS IX.

De propositionibus exponibilibus.

Propositio etiam dividitur in exponibilem, & exponentem: propositio exponibilis est illa, qua ratione unius termini obscurum habet sensum explicabilem per alios clariores. Unde etiam virtualiter est composita, v. g. hæc propositio tantum homo est animal, ratione illius termini tantum obscurum habet sensum.

Exponens est, qua per propositiones clariores illum obscurum sensum explicat, hic tamen venit observandum, quod, quando obscuritas propositionis provenit ex Amphibologia, non fit, nec dicatur exponibilis: quamvis obscurum habeat sensum; requiritur ergo quod obscuritas oriatur ratione alicujus dictionis simplicis habentis obscu-

obscurum sensum explicabilem per alias propositiones.

Propositio Exponibilis dividitur in tres species: nimirum in exclusivam, exceptivam, & reduplicativam.

Exclusiva est illa, quae modificatur aliqua particula significans exclusionem, qualis sunt: tantum, solum, duntaxat & similes, quae si ponantur à parte praedicti, non dicitur propositio proprie & simpliciter exponibilis exclusiva, sed dicitur de extremo excluso. Si vero ponantur ex parte subiecti, tunc efficiens propositio nem proprie exponibilem exclusivam.

Potest inter hanc propositioem proprie exponibilem exclusivam, & propositioem de extremo excluso haec est differentia, quod in propositioe proprie exponibili, id est in qua particula exclusiva jungitur subiecto, excludantur omnia subiecta à participatione praedicti, v. g. dum dico: tantum homo est risibilis, illa debet hoc modo exponi: homo est risibilis, & nihil aliud ab homine est risibile. Ubi tamen.

Observandum: quod per virtutem alicujus particulae exclusivae non fiat exclusio eorum, quae necessario conjunguntur cum termino à quo fit exclusio, ut dum dico: homo tantum est Logicus, non excluditur ab homine risibilitas, quia illa cum ipso necessariam habet connexionem.

Propositio exceptiva est, quae modificatur

particula significante exceptionem ; ut *præter*, *nisi*, *excepto*, ut *omnis Logicus præter Petrum est diligens*. Aliqui hanc ita exponunt : *omnis Logicus excepto Petro est diligens*, verum hæc propositio non est exponens, sed æquivalens, aliqui sic : *omnis Logicus, qui non est Petrus, est diligens* ; verum hæc præpositio tantum unam partem exceptivæ ; quod scilicet *omnis Logicus alius à Petro sit diligens*, non tamen explicat reliqua ibi inclusa, unde debet exponi per tres exponentes hoc modo : *Omnis Logicus, qui non est Petrus, est diligens, & Petrus est Logicus, & Petrus non est diligens* ; nam hæc omnia includuntur, ut consideranti patebit, sic debent exponi exceptivæ affirmantes ; negantes possunt sic exponi, nullus Logicus præter Petrum est diligens, sic exponetur, Petrus est Logicus, & est diligens, & nullus alius Logicus est diligens.

Reduplicativa exponibilis est illa, qua modificatur aliqua particula reduplicante, id est, quasi duplicante predicatum vel subjectum, seu applicante illis novum quid, tales particulae sunt, in quantum quatenus, qua &c.

Tunc autem ex plurium Thomistarum opinione illæ particulae sumuntur reduplicativæ, quando addunt subjecto causam adæquatam, cur illi prædicatum conveniat : ut *homo in quantum rationalis, est risibilis* ; rationalitas enim est causa adæquata risibilitatis. Unde tunc

prope-

Adverte
maximè

propositiones reduplicative exponuntur per causalem, v. g. quia homo est rationalis, est risibilis.

Tunc verò sumitur specificativè, quando addunt subiecto rationem aliquam, cui convenit prædicatum, non tamen est causa adequata prædicato, ut paries quatenus coloratus videtur, & tunc exponitur ita, si paries videtur, est coloratus.

Hoc modo etiam exponuntur reduplicativè, in quibus conditio, vel concomitantia reduplicatur; ut ignis in quantum applicatus, comburit: potest enim sic exponi, si ignis comburit, est applicatus.

Dixi supra: ex plurimum Thomistarum opinione, quia modo juxta multos alios rigor iste non observatur; proindeque voces istæ dicuntur sicut reduplicativè quando denotant rationem, quare prædicatum conveniat subiecto: sive sit causa adequata, sive inadequata sive à priori. sive à posteriori.

Specificativè verò: quando non denotant rationem, cur prædicatum insit subiecto: ita ut sensus specificativus idem sit, quod materialis: Unde dicunt hanc propositionem: Petrus in quantum homo est albus, esse specificativè loquendo veram; eo quod faciat hunc sensum: Petrus qui est homo est albus.

ANNOTATIO.

Advertendum: quod termini reduplicativi maximè ly secundum aliquando magis sumantur.

tur *diminutive*, & *restrictive*, quam *specificative*, aut *reduplicative*, ut si dicas: *Æthiops est albus secundum dentes*.

ARTICULUS X.

*De propositionibus se ipsas falsificantibus
seu reflexivis.*

Propositiones se ipsas falsificantes, alii vocant insolubiles & inextricabiles, v. g. sic scripta in papyro hæc propositio: *Petrus est lapis*; deinde subscribatur hæc: *omnis propositio hic scripta est falsa*; quæ secunda; si est vera, ergo ipsa met etiam est falsa, cum ipsa sit una ex propositionibus ibi scriptis: si autem est falsa, ergo prima erit vera. Unde.

Dicendum erit, ut secunda propositio non sit stulta debere illam intelligi in sensu accommodo, scilicet: *omnis propositio præter me, seu distincta à me hic scripta est falsa*, si quis autem velit illam etiam de se ipsa stultè intelligi, transeat, ut etiam stultè supponat, illam esse simul veram, & non esse veram, & contradictoria esse simul vera.

Debet ergo intelligi in sensu accommodo: *Si Deus alicui promittens, dabo tibi librum, si prima propositio, quam profers, fuerit vera*: necessariò excipit hanc propositionem à te primò fortè proferendam, Deus non dabit mihi librum, si enim hæc non exciperetur, foret stolidi.

De propo
propositio, &
et enim sensus
quod me non
venit, ac si
et, quod non
impossibiles fiat

C

De p

Proprietat
falsitas, op

De ver

Britas
primò

quomodo v

ur: quom

Tertio repræ

veritas in

præfens Ar

positionis

malem pro

rem tranle

gicis alio

matum et

mi oblecto

Istam senten

lida promissio, & contradictionem involvens foret enim sensus: dabo tibi librum, si tu etiam dicendo me non daturum verum dixeris, quod idem est, ac si Deus diceret, dabo tibi, si verum est, quod non dabo: Unde tales casus tanquam impossibiles statim negandi.

CAPUT III.

De proprietatibus propositionis.

Proprietates propositionis sunt veritas, & falsitas, oppositio, & equipollentia, conversio.

ARTICULUS I.

De veritate & falsitate propositionis.

Veritas tripliciter potest in aliquo reperiri, *primò fundamentaliter, sive casualiter, quomodo veritas est in rebus, secundo formaliter: quomodo reperitur veritas in intellectu. Tertio representativè: & hoc modo reperitur veritas in propositione: Et de hac procedit præfens Articulus, & quidem de veritate propositionis vocalis, relinquendo veritatem formalem propositionum mentalium, & veritatem transcendentalem rerum illis, qui sunt Logice altiores; dicitur autem, uti & supra insinuatum est, propositio vera; quando est conformis objecto enuntiato, seu quando enuntiat verum sicuti est: falsa verò, quando est difformis*

objecto enuntiato, seu quando enuntiat objectum, aliter ac est.

ANNOTATIO.

Advertendum primò : unam propositionem non esse veritorem altera, si loquamur de veritate formali; quia veritas formalis dicit conformitatem cum objecto, seu representationem illius, sicuti est, representare autem rem sicuti est, consistit in indivisibili: si enim representatio: minimum addat vel demat, non est representatio objecti sicuti est; adeoque una veritas formaliter non est major altera.

Est tamen una fundamentaliter major altera, id est habet firmitus fundamentum suæ veritatis, quam altera, sic hæc propositio: Petrus est homo, majus habet fundamentum suæ veritatis quam ista: Petrus est currens; & hoc sensu hæc propositio: Deus est, Deus est æternus, & similes, sunt summæ veritatis.

Advertendum secundò : de falsitate fundamentaliter spectata proportionaliter philosophandum esse, nam clarum est, quod falsitas una sit notabilior altera ex parte fundamenti, similiter de falsitate formaliter dici potest, quod una propositio formaliter non sit falsior altera: licet enim una in pluribus erret, quam altera, adeoque materialiter, & quasi extensive sit falsior, tamen ambæ in hoc conveniunt, quod neutra representet objectum, sicut est.

&c

Et sic falsitas formaliter sumpta utrumque equalis est.

ARTICULUS II.

De definitione oppositionis propositionum simplicium.

Ratiens articulus non procedit de oppositione reali rerum, qualis est inter calorem & frigus, neque de oppositione terminorum, sed tantum de oppositione propositionum. Definitur autem ab Aristotele oppositio rigorosa propositionum, quod sit affirmatio & negatio eiusdem de eodem, non aquivocè, id est secundum idem sive, ut alii dicunt.

Oppositio est repugnancia inter propositionem affirmativam, & negativam eiusdem predicati & subjecti, quam definitionem ut plene intelligas.

Observabis condiciones sequentes, ad oppositionem rigorosam requisitas. Prima est, ut copula principalis in una sit affirmativa, in altera vero negativa, ex illa enim attenditur affirmatio, vel negatio propositionis, & hinc istae non opponuntur: Petrus, qui disputat, loquitur, Petrus, qui non disputat, loquitur.

Secunda est, ut in utraque propositione tra-
neat idem predicatum, & subjectum, in nomi-
ne, in resignificata, in integritate, in tempore
& in loco: haec enim omnia significantur per
partem

particulas ejusdem de eodem, non equivocè.
Unde

Defecta ejusdem nominis haec non opponuntur : homo est bipes, animal rationale non est bipes, *defectu ejusdem rei significatae, istae non opponuntur* : canis latrat, canis non latrat, si in prima sumatur pro domestico, in secunda verò pro caelesti, quod semper contingit in terminis æquivocis, quando supponunt pro diversis significatis, *defectu integritatis ille non opponuntur*, in quarum altera deficit aliqua pars vel modus prædicati, aut subjecti, quæ tamen erant in alia.

Itaque quidquid ponitur à parte subjecti, vel prædicati in una propositione, sive sit casus obliquus, adverbium, copula implicationis, aut quid simile, debet etiam poni in alia; ut sit oppositio: Insuper debent servari proprietates terminorum, scilicet idem genus suppositionis, Ampliatio, &c.

Excipiuntur tamen signa, quæ afficiunt totam propositionem, & istam reddunt universalem, vel particularem, in quibus aliquando fit variatio; adeoque stat oppositio propriè dicta inter propositiones, etiam si signa ex universalibus in particularia, ex affirmativis in negativa mutantur, & consequenter, etiam si mutantur suppositiones, quæ dicta signa comitantur, suppositiones inquam, quæ dicta signa comitantur quia non debet mutari suppositio formalis in materiam, aut personalem in simplicem, tunc enim

De pro
non tollere u

Adverbia
prosa: qui
via non sit et
cundum affir
pugnans.
est albus, om
& tamen ibi
manent, &
propositio
us oppositi
netetum,
tionum, in
fitiones to

Quæ

Oppo
& subcont
Oppositi
versalis aff
& contra p
negativa
dicunt:
mutantur,
versalis di
omnis ho

enim tolleretur repugnantia, & oppositio.

ANNOTATIO.

Advertendum : dictum fuisse supra *oppositio rigorosa* : quia subalterna oppositio, cum rigoroſa non ſit etiam non eſt inter propoſitiones ſecundum affirmationem, & negationem ſibi repugnantes. Unde ſi quis dicat : omnis homo eſt albus, omnis homo eſt niger, ſunt oppoſitæ. & tamen ibi non eſt inter propoſitionem affirmantem, & negantem. Reſpondendum erit, propoſitiones illas non eſſe formaliter oppoſitas oppoſitione propoſitionum, ſed oppoſitione rerum, & virtualiter oppoſitione propoſitionum, in quantum poſſunt reſolvi in propoſitiones formaliter oppoſitas.

ARTICULUS III.

Quotuplex ſit oppoſitio propoſitionum.

Oppoſitio rigorosa dividitur in tres ſpecies videlicet : in contradictoriam, contrariam, & ſubcontrariam.

Oppoſitio contradictoria eſt repugnantia univerſalis affirmativa, & particularis negativa, vel contra particularis affirmativa, & univerſalis negativa ejuſdem predicati & ſubjecti. Sive ut alij dicunt : eſt repugnantia inter propoſitionem affirmativam, & negativam, quarum ſi una ſit univerſalis diſtributivè, altera eſt particularis : ut omnis homo eſt albus, aliquis homo non eſt

H

albus.

albus, nullus homo est albus, aliquis homo est albus, vel tertio ut alii asserunt: est repugnantia duarum propositionum in quantitate, & qualitate. Per quantitatem intellige universalitatem, & particularitatem, per qualitatem vero affirmationem & negationem, circa quam oppositionem observandum venit; tunc esse repugnantiam in quantitate, id est penes universalitatem, & particularitatem: quando est propositio contradictoria de modo, id est, quando propositiones constant terminis communibus supponentibus personaliter, qui sunt capaces quantitatis universalis.

Quando vero est oppositio contradictoria solum de lege, qualis reperitur in terminis singularibus, vel in communibus supponentibus simpliciter, vel copulatè: Erit quidem oppositio contradictoria, etiamsi solum sit, repugnantia in qualitate, id est, in affirmatione, & negatione. Unde istæ sunt veræ contradictoriæ: Petrus est albus: Petrus non est albus; omnia Sacramenta sunt septem, omnia Sacramenta non sunt septem, oculus requiritur ad videndum: oculus non requiritur ad videndum, animal est genus: animal non est genus.

Oppositio contraria est repugnantia inter propositionem affirmativam, & negativam, quarum utraque est universalis: ut omnis homo est albus: nullus homo est albus

Oppositio subcontraria est repugnantia inter prope-

De p
 aliam m
 tem, quatu
 homo est alb
 Ad soler
 definitur: q
 trinum, qua
 tularis, &
 sed quia loc
 negatio lunt
 dicenda itric
 Abverte
 inmodi op
 servandas
 Prima e
 la materia,
 simul esse
 xima oppo
 sed una tol
 Secunda
 la materia
 simul fals
 omnem d
 jus in ma
 inter om
 hominen
 justus, &
 contingen
 (saltem in

positionem unam affirmativam, alteram negativam, quarum utraque est particularis: ut aliquis homo est albus: aliquis homo non est albus

Addi solet quarta, quæ dicitur subalterna, quæ definitur: quod sit repugnantia duarum propositionum, quarum una est universalis & altera particularis, & utraque est affirmativa, vel negativa; sed quia secundum Aristotelem affirmatio & negatio sunt de ratione oppositionis; hinc non est dicenda stricta oppositio.

ANNOTATIO.

Advertendum hic primo: Circa singulas huiusmodi oppositiones sequentes regulas esse observandas

Prima est: pro contradictoriis: quod in nulla materia, nec necessaria nec impossibili possint simul esse veræ, aut falsæ, quia cum hæc sit maxima oppositio, nullum admittit medium, sed una tollit alteram totaliter.

Secunda pro contrariis est, quod illæ in nulla materia possint esse simul veræ, bene tamen simul falsæ in materia contingenti; quia inter omnem & nullum mediat aliquis, ratione cuius in materia contingenti sint simul falsæ, v. g. inter omnem hominem esse justum, & nullum hominem esse justum, mediat, quod aliquis sit justus, & aliquis non sit justus. Et hoc in materia contingenti, non autem in materia necessaria (saltem in propositionibus directis) propter

connexionem necessariam prædicati, & subje-
cti, quæ non reperitur in contingenti.

Dixi, saltem in propositionibus directis: quia in
propositionibus indirectis contrariae possunt esse simul
falsæ in materia necessaria: ut quando dico: om-
ne animal est homo, nullum animal est homo.
Cum enim ibi prædicetur inferius de superiori,
habet rationem accidentis respectu ejus, &
consequenter idem hic accidit æ in materia
contingenti.

Tertia pro subcontrariis est, quod illæ non
possunt esse simul falsæ, bene autem simul veræ
in materia contingenti: uti constat in hoc exem-
plo: aliquis homo est albus, aliquis homo non
est albus; nam si essent simul falsæ, darentur
quoque duæ contradictoriæ falsæ, quod est im-
possibile, nam v g si falsum sit, aliquem homi-
nem esse justum, falsum erit omnem hominem
esse justum, similiter si falsum, aliquem homi-
nem non esse justum, falsum erit, nullum homi-
nem esse justum, ergo si falsum simul, aliquis
homo non est justus, falsum erit simul, nullus
homo est justus, aliquis homo est justus, quæ
sunt duæ contradictoriæ.

Quarta pro subalternis in materia necessaria:
quando una est vera, altera debet esse vera, &
quando una est falsa, altera similiter debet esse
falsa. in materia contingenti universalis potest
esse falsa, & particularis vera; non tamen econ-
tra,

De pro
In materi
sive sic dicta
quam subalterna
dicitur, sicut affir-
matio falsum enim
non, nullus ho
est lapsus.
Adversus dicitur
opponit alias de
veritas, opposi-
tione, quod sit
idem veritate
Oppositio e
epistolam de eode
Oppositio
inter se ipsam de e
A
Quo po
dem ver
dem subiecto,
ne diverso sig
ligentiam p
Pra contr
Ubi particu
ad hoc no du
opus esse, ut
dicitur equipale

era. In materia impossibili tam subalternans (ideo sic dicta quod aliam sub se contineat) quam subalternata (id est contenta sub alia) est falsa, si sit affirmativa; vera, si utraque negativa; falsum enim est, omnis homo est lapis, verum, nullus homo est lapis: aliquis homo non est lapis.

Advertendum secundò; Ex illis regulis formari posse alias definitiones triplicis dicte oppositionis, oppositio enim contradictoria definiiri potest, quod sit affirmatio & negatio eiusdem de eodem in veritate & falsitate pugnantes.

Oppositio contraria est affirmatio, & negatio eiusdem de eodem in sola veritate pugnantes.

Oppositio subcontraria est affirmatio & negatio eiusdem de eodem in sola falsitate pugnantes.

ARTICULUS IV.

De Equipollentia.

Equipollentia, prout hic accipitur, est eadem vis, & valor duarum propositionum eodem subjecto, & predicato constantium ex negatione diversis signis certo modo addita. Ad cuius intelligentiam ponuntur sequentes regulæ.

Præ contraria: post contra: præ, postque subalter. Ubi particulae illæ: præ contradic indicant, ad hoc ut dua contradictoria fiant equipollentes, opus esse, ut subjecto, seu signo illius, quam vis redere equipollentem, præponatur negatio, v g. hæc

H 3

omnis

omnis homo est albus, fieri æquipollens suæ
contrarietati, aliquis homo non est albus, si
præponatur non, dicendo: non omnis homo
est albus.

In sequentibus verbis nempe: post contra,
ponitur regula pro contrariis, istæ enim red-
duntur æquipollentes, si subiecto unius postpo-
natur negatio, ut, subiecto hujus propositionis:
nullus homo est albus, postponas negationem,
dicendo: nullus homo non est albus, æquiva-
lebit suæ contrarietati: puta, omnis homo est albus.

In ultimis verbis habetur regula pro subal-
ternis quæ redduntur æquipollentes, si subiecto
unius præponatur una, & postponatur altera
negatio, ut si subiecto hujus propositiones: O-
mnis homo est albus, præponas unam, & post-
ponas alteram negationem, dicendo non omnis
homo non est albus, æquipollet huic: aliquis
homo est albus, quæ est propositio subalterna
prioris.

Pro subcontrariis Dialectici nullam consti-
tuunt regulam, eò quod nequeant fieri æqui-
pollentes nisi reddendo propositiones omninò
identicas, id est, re & voce omninò easdem, ut
si huic propositioni subcontrarietati: aliquis ho-
mo est albus, ante copulam præfigas aliquam
negationem, fit eadem omninò propositio cum
altera subcontraria negativa nimirum: aliquis
homo non est albus.

ANNOTATIO.

Advertendum : quod , quando *ly non* præponitur signo , illud signum æquipolleat suo contradictorio ; Quando *non* postponitur signo universalis , æquipolleat suo contrario : quando ante , & postponitur , signum illud æquipolleat suo sabalterno.

Nec hæc dicuntur sine fundamento ; siquidem particula negativa , cum sit malignantis naturæ destruit , quidquid post se invenit ? Ideoque præfixa signo universalis affirmativo destruit & ejus universalitatem , & affirmationem : atque ita *Non præfixum signo Omnis*. Facit illud particulare negativum , & æquipollens huic : *aliquis non* ; sic eadem *negatio* præfixa signo universalis negativo cum destruat & ejus universalitatem , & negationem , facit ipsum particulare affirmativum . Unde *non nullus* idem est , quod *aliquis*.

Similiter *negatio* præfixa signo particulari affirmativo destruens ipsius particularitatem & affirmationem , facit ipsum universale negativum . Unde *non aliquis* idem est , quod *nullus*.

Tandem præfixa signo particulari negativo destruens ejus particularitatem , & negationem , facit ipsum universale affirmativum , unde *non aliquis non* idem est , quod *omnis*.

Quod si *negatio* , postponatur signo , relinquit ipsum in sua universalitate , & particularitate , non enim destruit , nisi quod post se inve-

nit destruit tamen affirmationem, si affirmativum, aut negationem, si negativum fuerit: hanc enim post se censetur invenire, quia antecedit copulam, supra quam cadit affirmatio & negatio. Porro quid valeat negatio, in signis æquipollentiæ servientibus, docent te sequentes versus.

Non omnis, quidam non, omnis non, quasi nullus.

Non aliquis, nullus: non quidam non, valet omnis.

Non alter, neuter: neuter non, præstat uterque.

ARTICULUS X.

De definitione conversionis.

Conversio (cujus notitia ad artem syllogisticam, & reductionem syllogismorum maxime est necessaria) proprie dicta, est transmutatio unius extremi totalis in alterum extremum totale, manentibus eisdem terminis, eadem formâ & qualitate propositionum id est, manente eadem affirmatione, & negatione, eadem veritate & falsitate propositionum. Imprimis ergo ad conversionem requiritur: ut integrum subjectum, fiat integrum prædicatum, & e contra: sic enim erit transmutatio extremi totalis, defectu hujus, non valet: Petrus videt Paulum: ergo Paulus videt Petrum, nam Paulus non est integrum prædicatum, sed videns Paulum, unde

In propri
debet conve
dignu requir
tam quoad si
pates termi
a signis un
pvenit.
Terzo requir
propositionem
nis, quam con
negativ
Quarto requir
is id est, ut si c
tus sit vera, si c
talis.

Advertendum
venit conver
cedens, dicat
di consequens
cedens conver
Secundo: con
quodcumque
tenet ex conver
tionem con
dam, non om
ne conversio
consequencia.
omnis hanc o
luno.

de sic debet converti, videns Paulum est Petrus.

Denique requiritur: ut maneat eadem termini etiam quoad significationem, & omnes proprietates terminorum excepta suppositione, quæ à signis universalibus, & particularibus provenit.

Tersio requiritur: ut maneat eadem forma propositionum, id est, ut ambæ tam convertens, quam conversa, aut sint affirmativæ, aut negativæ.

Quarto requiritur: ut maneat eadem qualitas, id est, ut si conversa sit vera, etiam convertens sit vera, si conversa sit falsa, etiam convertens sit.

ANNOTATIO.

Advertendum primò: quod tota argumentatio vocetur conversio; & propositio, quæ est antecedens, dicatur propositio conversa, & quæ est consequens: dicatur convertens, eo quod antecedens convertitur in consequens.

Sesundò: conversionem tunc esse legitimam, quotiescunque propositio convertens rectè infertur ex conversa: adeoque requiritur ad conversionem consequentia formalis, ad denotandum, non omnem transmutationem extremo esse conversionem, sed solum, quando est bona consequentia. Unde hæc non est conversio: omnis homo est animal: ergo omne animal est homo.

Advertendum tertio: quidnam habeat rationem subjecti, & prædicati, ut illa rectè transmutentur. potest enim contingere, ut id, quod verè habet rationem subjecti, postponatur, & prædicatum præponatur, prout contingit in hac propositione, caput habet homo. Ubi *ly homo* est subjectum, ideoque ista propositio debet hoc modo converti: ergo habens caput est homo.

ARTICULUS VI.

De divisione conversionis, & regulis ejusdem.

Conversio propriè dicta est duplex: alia simplex, alia per accidens: conversio propriè dicta (quæ vocatur ab Aristotele conversio in totum) est mutatio extremorum, manente eadem qualitate, & quantitate, quantitate, id est, universalitate vel particularitate; qualitate, id est, affirmatione, vel negatione; ut nullus homo est lapis: nullus lapis est homo, dicitur simplex: quia nullum mutatur accidens.

Conversio per accidens est (quæ ab Aristotele vocatur conversio in partem) est transmutatio extremorum manente eadem qualitate. Sed mutat à quantitate. Unde non sine causa vocatur per accidens, in ea siquidem mutatur quantitas, quæ est accidens propositionis: ut omnis homo est animal aliquod animal est homo.

Dixi conversio propriè dicta est duplex: quia

De proprietatibus propositionis.

129

quia conversio per contrapositionem, quae est transmutatio unius extremi totalis in alterum, manente forma eadem, quantitate, & qualitate sed mutatis terminis finitis in infinitos, & vice versa: proprie non est conversio terminorum, quia potius destruit terminos: quam transponat: ut si dicas: omnis homo est animal: omne non animal est non homo: aliquid animal non est homo: aliquid non homo non est non animal, dicitur autem per contrapositionem, quia extrema mutantur in sua contradictoria.

Hæc conversio inventa est, ut suppleret conversionem mutua in his, quæ mutuo converti non possunt secundum se. Illa autem dicitur mutua, quando una infert aliam, & e converso, & huiusmodi est conversio simplex. Conversio non mutua est, quando una infert aliam, non tamen è contra, & talis est conversio per accidens.

Regulæ conversionis his versibus comprehenduntur.

Simpliciter feci convertitur, Eva per acci,

Asto per contra, sic fit conversio tota.

Pro intelligentia horum versuum observandæ sunt tres voces. feci, Eva, asto, & in illis quatuor vocales: A. E. I. O. A. designat propositionem universalem affirmativam. E. universalem negativam, I. particularem affirmativam. O. particularem negativam juxta tres illos versus.

Afferit A. negat E. verum generaliter ambe.

Afferit I. negat O. sed particulariter ambe.

Sensus

Sensus ergo est, quod simpliciter convertatur propositio universalis negativa, & etiam particularis affirmativa; hoc enim denotant vocales E. & I. in feci. Item quod conversione per accidens convertatur universalis negativa, & etiam universalis affirmativa, hoc enim denotant E. & A. in Eva.

Tandem quod conversione per contrapositionem, converti possit universalis affirmativa, & etiam particularis negativa, quod denotant A. & O. in voce Aste.

ANNOTATIO.

Advertendum: istam conversionem fore bonam: nullus senex erit puer, ergo nullus puer erit senex: si termini, uti debent, inter se sumantur, nempe si per senem intelligatur actu existens, & per puerum puer futurus, tum enim sensus erit: nullus senex qui est, erit puer; ergo nullus puer, qui erit, est senex.

Alias si juxta regulas Ampliationis senex sumatur pro futuro etiam, conversa est falsa, nam falsum est quod nullus senex futurus erit puer, quia multi adhuc futuri senes nondum sunt nati, & consequenter adhuc sunt futuri, pueri.

LIBER III.

*De eis, quæ tertiæ mentis operationi dirigen-
da deserviunt.*

CAPUT I.

De argumentatione in genere, ejusque speciebus.

ARTICULUS PRIMUS

*De Argumentationis definitione, divisione, &
quibusdam regulis.*

Argumentatio (ut supra insinuatum in
cap. de modo sciendi) est Oratio in qua
unum ex alio inferri denotatur, seu, est Oratio,
in qua uno dato sequitur alterum ex vi conjun-
ctionis illativa: ut homo est rationalis: ergo
risibilis.

Dividitur Argumentatio ab aliquibus in bonam,
& malam: bonam dicunt illam, ex cujus an-
tecedente sequitur consequens: ut homo est ani-
mal, ergo est vivens. Malam vero dicunt illam,
ex cujus antecedente non sequitur consequens, ut si
dicas: Petrus ambulat: ergo currit.

Tunc autem censetur consequens non infer-
ri ex antecedente, quando antecedens potest
esse verum, & consequens falsum, sed hæc di-
visio solum est æquivoca, eò quod mala con-
sequen-

sequentia fit solum secundum apparenriam, & quasi mortua consequentia, sicut homo pictus, vel homo mortuus convenit quasi æquivoce cum homine vero, relicta ergo hac divisione.

Dividitur argumentatio in materialem, & formalem: materialis: est illa, qua solum ratione materia est bona, non verò ex vi dispositionis terminorum: v g. aliquis homo est animal, ergo omnis homo est animal, est solum bona consequentia, sive argumentatio ratione materia: quia nimirum est in materia naturali, non verò ratione forma, nam si eadem forma alteri materia applicetur non erit bona consequentia, ut si dicas: aliquis homo est albus, ergo omnis homo est albus, non est bona consequentia, quamvis ibi eadem sit dispositio terminorum.

Argumentatio formalis est illa, in qua sequitur consequens ex antecedente ex vi artificij logicalis, seu dispositionis terminorum, unde in quacunque materia fiat, semper erit bona consequentia.

Dividitur argumentatio ratione materiae in demonstrativam, qua ex necessariis, in topicam qua ex probabilibus, & in sophisticam, qua ex apparentibus procedit.

Tandem dividitur argumentatio in syllogismum Enthymema, inductionem, & exemplum: quid sit syllogismus dicetur art. sequenti.

Entymema dicitur truncatus syllogismus, quia ad formam syllogisticam deest illi una propositio,

De argumentatione. Unde
in omnibus prem
in conclusio: u
libilis.
Ubi notandum
quod altera pr
velut ad illatio
Exemplum est
in pluribus prop
quod probandum.
Magdalena, la
reorum agentu
gens poenitent
imitatio, qua
us sit vera can
quon non tenebi
las: illi tenes
probi, & laici
probus, & laici
ta: quia servum
beatu.
Inductio est
sive progressio
intelliguntur re
species infimæ
tas ad universa
Tandem potest etia
diversa ad
no est animal
est animal: &

positio. Unde definitur quod sit oratio in qua non omnibus præmissis antepositis festinanter inferatur conclusio : ut homo est rationalis, ergo risibilis.

Ubi notandum : quod quamvis explicitè non ponatur altera præmissa, implicitè tamen, & virtualiter ad illationem subintelligatur.

Exemplum est argumentatio procedens ab uno vel pluribus propter aliquam similitudinem ad aliud probandum. v. g. si dicas : Deus pepercit Magdalenz, latroni, & aliis peccatoribus penitentiam agentibus : ergo etiam tibi parcat, si egeris poenitentiam. Ubi bene notandum : ut similitudo, quæ ponitur fundamentum illationis, sit vera causa effectus in antecedente ; alioquin non tenebit argumentandi modus. v. g. si dicas : illi senes persequentes Susannam fuerunt improbi, & lascivi, ergo & ille senex est improbus, & lascivus, non est valida consequentia : quia senium non est causa lascivie, & improbitatis.

Inductio est à pluribus singularibus ad universale progressio, per singularia in præsentia non intelliguntur tantum individua, verum etiam species infimæ, vel alia minus communia, à quibus ad universalia cognoscenda progredimur. Porrò potest etiam contingere inductio, procedendo ab universali ad singularia, dicendo : omnis homo est animal : ergo Petrus est animal. Paulus est animal : & sic de cæteris.

Solent

Solent hic Dialectici statuere quasdam leges, sive regulas communes ad discernendas bonas consequentias à malis. *Prima hec est*: ex antecedente vero in bona consequentia, semper sequitur consequens verum, & e contra ex consequente falso rectè iudicatur antecedens falsum. Similiter ex antecedente necessario, contingenti vel possibili, inferitur consequens necessarium, contingens, vel possibile.

Secunda regula est: ex antecedente falso sequitur quandoque consequens verum, quandoque falsum.

Exemplum primi: homo est Leo, ergo est animal.

Exemplum secundi: homo est Leo, ergo est irrationalis.

Quando autem dicimus ex antecedente falso posse sequi consequens verum, id non est sic intelligendam, quasi premissa falsa insistant in conclusionem sintque causa talis veritatis. Impossibile enim est, causam virtute propria producere effectum nobiliorum se, sed sensus est, premissas alioquin falsas, posse taliter disponi, ut sequatur consequens, quod aliunde est verum.

Tertia regula est: conclusio semper sequitur debiliorem partem quo ad quantitatem, & qualitatem. Unde si aliqua premissarum sit particularis, conclusio debet etiam esse particularis; & si aliqua premissarum sit negativa, conclusio debet esse negativa, ex his regulis sumuntur ali-

qui modi argumentandi: bene enim sequitur: in bona argumentatione: antecedens est verum, ergo & consequens est verum, similiter consequens est falsum, ergo & antecedens, non tamen valet e contra: antecedens est falsum, ergo & consequens, nec iterum: consequens est verum, ergo & antecedens. Item bene sequitur: antecedens est necessarium: ergo & consequens, non tamen e contra.

ARTICULUS II.

De Syllogismo.

Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quippiam ab his, quae posita sunt, necessario accidit, seu sequitur, eo quod haec sunt: Explicatur: dicitur primo, quod syllogismus sit oratio: non vero argumentatio, quae videtur se habere tanquam genus proximum, quia sufficit ponere remotum, & praeterea argumentatio formalis non est genus syllogismi, sed ipse syllogismus.

Dicitur 2do: in qua quibusdam positis, puta duabus praemissis positis, id est, majori & minori, aliud ab his, nempe conclusio, necessario, ex vi illarum per formalem consequentiam, sequitur, ita ut in nulla argumentatione habente similem dispositionem possit dari antecedens verum, consequente falso: nam hoc formaliter loquendo, est unum necessario sequi ex altero, ut au-

tem conclusio per talem necessariam consequentiam sequatur, debent præmissæ juxta artificium logicum esse dispositæ, quod indicatur per illas particulas: *aliud quippiam sequitur, eo quod hæc sunt*; id est, ideo, quia præmissæ in tali figura, & modo sunt dispositæ.

ANNOTATIO.

Advertendum primum: In Syllogismo probabili conclusionem necessariò sequi vi formæ, & præmissis concessis non posse negari consequentiam, & hoc sufficere, ut ille comprehendatur sub Definitione Syllogismi, præindèque Syllogismus Topicus à demonstrativo non secundum formam, sed tantum secundum materiam distinguitur.

Secundò: Non defini hic Syllogismum, ut abstrahit à categorico, & hypothetico, sed tantum categoricum, vel, si velis etiam hypotheticum comprehendere, dic: eatenus in illo aliud à præmissis inferri, quatenus illud, quod in præmissis erat tantum pars, infertur ut totum, estque tota conclusio.

Tertiò: Quòd Syllogismus per hoc distinguatur à ceteris Argumentationis speciebus: nempe Enthymemate, Inductione, & Exemplo, quia solus Syllogismus est Argumentatio formalis, quia in illo solo tale artificium est, & talis dispositio, ut in quacunque materia ex Præmissis veris sequatur necessariò conclusio vera, nec possit sequi falsa. Ex quo

De argum.
Collegi primò
tem, & Exem
formales
ones similis
ditione, & h
fir fallum: ant
emplis sequent
tatione est form
Homo est sen
Homo est br
In hac argum
Hic quæsi
Omnia equ
Vel: Hic
de ceteris, et
Denique
exempli:
Anni Bal
Ergo, eri
Et tamen in
consequens
ne, dum di
rissilis, & h
folis.
Similit
rit, & sic d
Illatio fi
adhibend
valentia P
illate, atq

Colliges primò : Ideo Enthymema , Inductionem , & Exemplum non esse Argumentationes formales , quia possunt dari Argumentationes similis formæ cum Enthymemate , Inductione , & Exemplo , in quibus consequens sit falsum : antecedente vero : uti patet in exemplis sequentibus : V. G. in hac argumentatione est forma Enthymematis :

Homo est sensitivus : ergo

Homo est brutum.

In hac argumentatione est forma inductionis :

Hic equus currit , iste equus currit : ergo

Omnis equus currit.

Vel : *Hic equus currit , ille equus currit , & sic de ceteris ; ergo Omne animal currit.*

Denique in hac Argumentatione est forma exempli :

Asinus Balsam viso Angelo locutus est :

Ergo ; etiam hic asinus viso Angelo loquetur.

Et tamen in illis omnibus antecedente vero consequens est falsum : Et esto in hac Inductione , dum dico : *Petrus est risibilis , & Paulus est risibilis , & sic de ceteris : ergo omnis homo est risibilis.*

Similiter : *vel Petrus currit , vel Paulus currit , & sic de ceteris ; ergo aliquis homo currit.*

Illatio sit semper bona , hoc tamen non est adscribendum Inductionis formæ , sed æquivalentiæ Propositionum , inferentis scilicet , & illata , atque in hoc ex connexionem materiæ

provenit, quomodo etiam in puris enthymematibus (cum tamen multi ex adversariis negent, enthymema esse argumentationem formalem) ex æquivalenti semper æquivalens rectè inferitur, v. g. si dicas: homo currit, ergo animal rationale currit.

Colliges 2do: Enthymema, inductionem & exemplum tantum reductive pertinere ad argumentationem formalem, quia in illis una propositio subintelligitur, quæ si adesset, forent argumentationes formales, & quidem si subintellecta ista propositio sit vera, tum antecedente vero, etiam consequens est verum, si autem illa sit falsa, potest antecedente vero consequens esse falsum v: g. in hoc enthymemate.

Petrus est sensitivus.

ergo est animal.

Benè sequitur: quia non tantum antecedens explicitè positum est verum, sed etiam hæc propositio, quæ subintelligitur: omne sensitivum est animal, si autem dicas:

Petrus est sensitivus.

ergo est brutum.

non sequitur, quia virtualiter ibi continetur, seu subintelligitur hæc propositio falsa.

Omne sensitivum est brutum.

Colliges hinc 3to: Cum enthymema vocetur syllogismus imperfectus, seu detruncatus, uti loquitur S. Thomas & supra etiam art. 1. insinuavimus, quia scilicet ipsi desicit una

pra-

propositio, sic etiam fit in inductione & exemplo. v. g. in inductione superius in collige primo, lina. 20. ad particulas illas & esto, subintelligitur ista propositio, atqui Petrus & Paulus, & sic de cæteris sunt omnis homo.

In exemplo autem de asino Balaam subintelligitur ista: quod asinus Balaam: viso angelo fecit, etiam hic viso angelo faciet.

ARTICULUS III.

*De figuris & modis Syllogismorum medio
communi constantium.*

Quomodo in composito naturali v. g. in homine datur duplex principium intrinsecum, *materiale* scilicet, quod est corpus, & *formale*, quod est anima; ita & in composito artificiali, quale est syllogismus, duplex quoq; datur principium, *materiale* scilicet, & *formale*. Dixi principium intrinsecum, quia syllogismus etiam habet sua principia extrinseca de quibus in sequentibus.

*Materia syllogismi est duplex: alia proxima, alia remota, materia proxima sunt propositiones, quia ex illis proximè componitur syllogismus, suntque tres, maior, quæ primo loco ponitur, quæ secundo, & conclusio, quæ tercio loco ponitur, materia remota sunt termini, quia ex illis, prius debent fieri propositiones, & his medi-
antibus syllogismus, suntque etiam tres, nempe*

maius extremum, minus extremum, & medium, maius extremum est, quod ponitur cum medio in maiori propositione, minus extremum, quod ponitur cum medio in minori propositione, medium, quod ponitur & in maiori, & in minori, & non in ipsa conclusione.

Porro maius extremum vocatur hoc nomine, quia habet digniorem locum in praemissis, id est, vel habet locum predicati in illis, altero extremo habente locum subjecti, vel quia, si in hoc sunt paria, ordine pronuntiationis praecedit, Minus extremum sic dicitur, quia in praemissis habet locum minus digniorem. Nec dicat hic aliquis, esse tres propositiones, & quamlibet propositionem habere duos terminos, adeoque esse sex terminos, & non tantum tres: Nam termini illi dicuntur repetiti, maius enim extremum ponitur in maiori, & repetitur in conclusione, minus extremum ponitur in minori, & repetitur etiam in conclusione, medium ponitur in maiori, & repetitur in minori: haec omnia videre potes in sequenti Syllog.

Omnis homo est animal

Petrus est homo: ergo

Petrus est animal.

In quo Syllogismo tres Propositiones sunt materia proxima illius, tres vero termini, scilicet homo, animal, & Petrus sunt materia remota, & homo quidem est medius terminus, quia ponitur in maiore, & minore, &

non

De argum
in ipsa con
cessum, quia
Petri ver
regitur cum
Duplici mater
proxime videlicet
que respondet f
in terminis. &
hoc modo: Fi
termini secundum
que ordinata a
Altera, qua
eae, seu Propo
ditum potest
dem quae sit a
dem universali
nationem, &
Modus d
indirectum:
cluditur, scilicet
cum hoc debet
concluditur in
extremum A
Dividitur
imperfectum
fide salvan
dici de null
Modus i
della princip
andi perfect

non in ipsa conclusione, animal est majus extremum, quia jungitur cum homine in majori, Petrus verò est minus extremum, quia jungitur cum eodem in minori

Duplici materiæ Syllogismi jam explicatæ proximæ videlicet, & remotæ, duplex quoque respondet forma; una materiæ remotæ, seu tetminis, & dicitur *figura*, quæ definitur hoc modo: *Figura est dispositio medii cum extremis secundum subiectionem, & predicationem aptè ordinata ad concludendum.*

Altera, quæ correspondet materiæ proximæ, seu Propositionibus, diciturque *modus*, ac definiiri potest: *Dispositio Propositionum secundum quantitatem, & qualitatem, id est, secundum universalitatem, & particularitatem, affirmationem, & negationem.*

Modus dividitur primò in directum, & indirectum: Directus est, in quo directè concluditur, scilicet predicando majus extremum cui hoc debetur de minori. Indirectus est, in quo concluditur indirectè predicando e contra minus extremum de majori.

Dividitur secundo modus in Perfectum, & imperfectum: Modus perfectus est, in quo perfectè salvantur illa principia: dici de omni, & dici de nullo, de quibus in sequentibus.

Modus imperfectus est, in quo non salvantur dicta principia, ac proinde bonitas consequentiæ modi perfecti clarè, & immediatè regulatur per illa

illa principia, & veritas verò consequentia modi imperfecti mediate, mediante videlicet reductione eorum ad modos perfectos, vel per ostensionem, dummodo excipias bocardo, & Baroco, qui sic non reducuntur, vel reductione ad impossibile, quomodo omnes alii modi, tum primæ, tum secundæ, tum tertiæ figuræ reducuntur.

Dividitur tertiò modus in negativum, & affirmativum: negativus est, cujus conclusio est negativa, affirmativus est, cujus conclusio est affirmativa.

ARTICULUS VI.

De numero figurarum & modorum.

Figura syllogistica est triplex, uti videre est in sequenti veru.

Sub præ prima, secunda bis præ & tertia bis sub.
Explicatur versus: sub præ prima, id est medium in prima figura in majori debet poni loco subiecti, & in minori loco prædicati, secundæ bis præ, id est, medium in secunda figura debet bis poni loco prædicati, tertia bis sub id est, medium in tertia figura debet bis poni loco subiecti.

Galentus addit quartam figuram, in qua scilicet medium in majori prædicatur, & subicitur in minori, uti contingit in sequenti syllogismo:

Omnis

De Argument. in genere, ejusq; specieb. 197

Omnis homo est animal :

Omne animal est sensibile : ergo :

Aliquod sensibile est homo.

Verum hæc figura non differt à prima, nisi sola transpositione præmissarum : Unde si illæ transponantur taliter, ut major hæc minor, & minor fiat major dicendo :

Omne animal est sensibile :

Omnis homo est animal : ergo

Aliquod sensibile est homo.

Jam est syllogismus in prima figura, & ideo illa quarta figura non est admittenda, quia transpositio præmissarum non est potens facere distinctam figuram, alioqui enim darentur plures figuræ, cum etiam in secunda, & tertia figura possint hoc modo præmissæ transponi, solum ergo erit distinctio accidentalis inter illam dispositionem quartam, & dispositionem primæ figuræ.

Relictis modis inutilibus novemdecim solent assignari modi utiles nempe sequentes :

Barbara, celarent, Darii, ferio, baralipron,

Celantres, dabitis, falesmo, ferisoonenma.

Casare, Camestres, Festino, Baroco, Darapti,

Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Terzjon.

Inter quos novem primæ pertinent ad primam figuram Quatuor sequentes ad secundam. Et sex ultimi ad tertiam figuram, & quidem quatuor primæ primæ figuræ, una cum cæteris secundæ & tertiæ figuræ sunt directi, quinque reli-

qui primæ figuræ sunt indirecti, tandem inter directos quatuor primi primæ figuræ sunt perfecti.

Ad horum autem modorum intelligentiam *Observabis* I. Quòd quælibet ex assignatis dictionibus contineat ad minus tres vocales, inter quas prima designat quantitatem, & qualitatem propositionis majoris, 2da quantitatem, & qualitatem propositionis minoris, tertia quantitatem, & qualitatem conclusionis: Si autem aliqua istarum dictionum plures contineat literas vocales, solæ tres primæ deservient, reliquæ verò solum ponuntur pro complemento metri, vel carminis.

Suppositâ ergo significatione Literarum, quam suprâ de conversione explicavimus, nempe: quòd *Vocalis A* significet *universalem affirmativam*, *E* *universalem negativam*, *I* *particularem affirmativam*, *O* *particularem negativam*, facillè cognosceatur quantitas, & qualitas cujuslibet modi: etenim *Barbara* denotat tres propositiones esse universales affirmativas, cum omnes significantur per Literam *vocalentem A*: *Celarent* denotat majorem esse universalem negativam, minorem verò esse universalem affirmativam, & conclusionem esse universalem negativam. Sit *I* exemplum:

Bar *Omnis homo est substantia*:
ba *Omne rationale est homo: ergo*:
ea *Omne rationale est substantia.*

In

In quo Syllogismo omnes Propositiones sunt universales affirmativæ juxta exigentiam vocalis A : sit exemplum secundum ista modo secundæ figuræ :

Ce Nullus equus est rationalis:
fa Omnis homo est rationalis ; ergo
re Nullus homo est equus.

Sit exemplum tertium in modo tertiæ figuræ :

Da Omne animal est sensibile :
rap Omne animal est substantia : ergo
ti. Aliqua substantia est sensibilis.

Ad hunc modum poterit quisquis formare exempla in singulis modis cujusque figuræ . oportet autem i. considerare Propositionem per Syllogismum probandam , cuius mirum sit quantitas & qualitas ? & tunc inquirere aliquem modum Syllogismi , cuius ultima Syllaba, seu Litera correspondeat illi Propositioni probandæ in quantitate , & qualitate : sicque collocet propositionem probandam pro conclusione, deinde conclusionis subjectum ponat in minori, prædicatum verò collocet in majori taliter tamen , ut medium , propter quod prædicatum in conclusione convenit subiecto , constituitur loco subiecti , & prædicati in majori , & minori juxta exigentiam illius figuræ , in qua construendus est Syllogismus sicque formabitur totus Syllogismus

Observabis zdd : Quod quando modi utiles bene inferunt conclusionem directam , possunt

sunt etiam in unaquaque figura concludere indirectè, quando nimirum conclusio est convertibilis, juxta regulas conversionis supra explicatas, constituerunt autem Dialectici in prima figura præter quatuor modos primos directè concludentes alios quinque indirectos, non autem assignarunt alios modos indirectos in aliis duabus figuris, quia facile poterit quisque illos colligere, convertendo videlicet conclusionem & ita satis fuit adducere exempla in prima figura.

Observa tertiò: syllogismos illos, in quibus fit talis combinatio præmissarum, ut ex utraque universali sequatur particularis, ut in sequenti syllogismo patet:

Omnis homo est substantia:

Omne rationale est homo: ergo:

Aliquod rationale est substantia.

Comprehendi sub primo modo scilicet *Barbara*, qui concludit universalem affirmativam ex qua licet inferre conclusionem, seu propositionem indefinitam, particularem, & singularem, & idem potest dici de particulari negativa respectu modi *celarum*, unde quidam fuerunt, qui ut illos modos declararent eisdem vocabulis, mutarunt ultimas literas hoc modo: *barbari, celaro*.

Hinc etiam habes: quod hic syllogismus,

Omnis homo est animal,

Petrus est homo: ergo

Petrus est animal.

Com-

Comprehendatur sub tertio modo prima figura, puta Darii: nam licet littera I. denotet particularem, non tamen hic sumitur *particulare tam strictè*, sed comprehendit *sub se singularem*, siquidem tanta est similitudo inter propositiones particulares, & singulares, ut non sit opus diversos modos eudere.

Observabis quarto causam, cur non assignetur modus indirectus factus per conversionem conclusionis in serio, sicut assignantur modi indirecti facti ex tribus modis primæ figuræ, esse hanc, quia conclusio particularis negativa, qualis est in serio, nec simpliciter, nec per accidens converti potest, juxta ea, quæ diximus supra de conversione, ideoque non potest ibi per conversionem conclusio indirectè concludi, nisi velis convertere per contrapositionem.

Observabis quintò: quod licet in secunda & tertia figura medium ibi non habeat mediam positionem, ita ut semel sit subjectum, semel prædicatum, est tamen illud quo mediante extrema inter se connectuntur, vel disjunguntur.

ARTICULUS V.

*De principiis extrinsecis quibus innititur
ars syllogistica.*

PRincipia extrinseca syllogismi sunt *duppl.*
ais generis, vel enim sunt perfectiora, de quibus

bus in sequentibus, vel sunt canonica & regulativa. de quibus procedit præsens articulus, quocirca sciendum est, totam artem syllogisticam primò niti, & regulari his duobus principiis: *Quocunque sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*, id est, quando aliqua duo perfectè completè, & adæquatè uniantur cum aliquo tertio, seu medio, necesse est, ut uniantur inter se, & hoc principium deservit Syllogismis affirmativè concludentibus.

Dixi autem: *Quando aliqua perfectè &c. uniantur*: quia nisi ita intelligatur principium illud, prout aliqui volunt, aut ut malunt alii sequentes S. Thomam: *Que sunt eadem uni tertio, quod tertium est unum re & ratione*, id est, realiter, & formaliter, sunt eadem inter se, nisi, inquam, ita intelligatur, falsum est dictam principium; si enim illud tertium sit unum realiter, & multiplex virtualiter, seu per rationem fieri potest, ut cum uno identificetur sub una formalitate, & cum alio sub alia, & tum non sequeretur, illa duo inter se identificari, ut constat in hoc Syllogismo:

Pater est essentia divina:

Filius est essentia divina: ergo,

Pater est Filius.

Ibi enim essentia divina, neque unitur adæquatè Patri, aut Filio, cum propter sui eminentiam in 3. Personis reperiat, neque est una re, & ratione, sed una realiter, & multiplex
virtua,

virtualiter, seu secundum rationem, & consequenter non est illa bona consequentia.

Secundum principium est: *Quaecunque distinguuntur in uno tertio, ita ut eorum unum sit illi idem, alterum non, distinguuntur inter se, seu non sunt eadem inter se, quod principium deservit Syllogismis concludentibus negative: sunt autem hæc principia per se nota, quia innituntur universalissimo illi principio: quodlibet est, vel non est, quod ex ipsis terminis manifestum est.*

Dixi supra: *Artem syllogisticam niti duobus illis principiis: quia in hoc consistit totum artificium syllogisticum, quod in Syllogismis affirmativis inferatur duo extrema esse inter se unita, quia in præmissis cum eodem medio uniantur; in negativis autem ideo inferatur duo extrema non esse unita, vel eadem, quia unum non unitur eidem medio, cui alterum unitur, v. g. in hoc Syllog.*

Omne animal est sensitivum:

Omnis homo est animal: ergo:

Omnis homo est sensitivus.

Ideo homo, & sensitivum inter se uniantur, quia sunt eadem, seu uniantur uni tertio in præmissis, nempe animali. In hoc verò:

Nullum animal est lapis:

Omnis homo est animal: ergo:

Nullus homo est lapis.

Inferitur hominem & lapidem non esse inter se eadem,

eadem, quia non sunt eadem uni tertio, nam lapis non est idem animali homo est idem.

Item dixi primo: quod ars syllogistica nuntatur dictis duobus principis: quia alia principia artis syllogistica, scilicet: dici de omni. & dici de nullo reducuntur ad illa duo. Ideo enim aliquid, quod de subiecto affirmatur, etiam affirmatur de illo, quod sub subiecto continetur; quia cum & illud, quod affirmatur de subiecto, & illud quod continetur sub subiecto, sint eadem illi subiecto, sunt eadem inter se, & prius dicitur de posteriori, similiter cum illud, quod negatur de subiecto, non sit illi idem, sequitur, illud negatum de subiecto, & hoc contentum sub subiecto non esse eadem inter se, seu illud de hoc negari.

Porro dici de omni regulat syllogismos affirmativos, scilicet in Barbara & Darii, dici de nullo negativos in Celarent & Ferio. Et quidem quoad dici de omni, constat ex hoc exemplo:

Omne animatum est corporeum:

Omne animal est animatum: ergo

Omne animal est corporeum.

Si enim quis neget conclusionem per hanc regulam, dici de omni, hoc modo erit probanda Quidquid universaliter dicitur de subiecto, etiam dicitur de omni contento sub illo: sed esse corporeum dicitur universaliter de animato in majori propositione, & sub animato continetur animal
in

De argum. &
consequente: ergo
de animal.
item conlat. S
dici de nullo:
Nollem animat.
omnis homo est
Nollem homo est
conclusio si
quod non verif
cum de omni,
in maiori prop
de animat.
animal: ergo
de omni.

ART

De regula gen

Regula prim

qua saltem

in specie poss

remotibus, a

erit, vel dici e

Regula secund

dicitur aliquis

tunc in premi

non est in cor

et in premi

Regula tertia

De argum. in genere, ejusque speciebus. 145

in minore : ergo in conclusione esse corporeum dici debet de animali.

Idem constat & de principio negativo, quo ad dici de nullo :

Nullum animal est insensibile :

Omnis homo est animal : ergo

Nullus homo est insensibilis.

Hæc conclusio si negetur, debet ita probari :

Quidquid universaliter negatur de subiecto, negatur etiam de omnino, quod continetur sub ipso subiecto : sed in majori propositione universaliter negatur insensibile de animali, & in minori continetur homo sub animali ; ergo in conclusione insensibile debet negari de homine.

ARTICULUS VI.

De regulis generalibus Syllogismorum ex illis principiis deductis.

Regula prima generalis est : Medium in aliqua saltem præmissarum debet distribui, ut sic perfectè possit conjungi, vel disjungi ab extremis, aliàs enim non salvaretur dici de omni, vel dici de nullo.

Regula secunda est : In conclusione non debet distribui aliquis terminus, qui non fuerit distributus in præmissis, quia alias talis terminus, prout est in conclusione, excederet seipsum, ut est in præmissis.

Regula tertia est : In omni bono Syllogismo
K debet

debet esse medium cum majori , & minori extremo , non solum quoad voces , sed & quoad sensum , id est , quoad significationem , suppositionem (illa tamen exceptâ , quæ à signis oritur) ampliationem , restrictionem , & alias proprietates terminorum , quia alias non fieret unio , seu disjunctio duorum extremorum in uno medio , juxta principia prioris generis .

Regula quarta est : medium sub ratione mediæ non potest intrare conclusionem juxta illud :

Lex generalis erit medium concludere nescit .

Cum enim ex connexione , quam habent extrema cum medio , sequatur connexio extremorum inter se ; hinc est , ut in conclusione uniantur extrema , & media ibi non sit .

Poterit tamen medium aliquando intrare conclusionem , si fiat etiam extremitas , ut cum dicitur .

Omnis homo est animal :

Sed homo est homo : ergo

Homo est animal .

Regula quinta est : Ex puris particularibus nihil sequitur in quacunque figura , ex vi illationis , quia vel proceditur à non distributo ad distributum , in prima & secunda figura , vel medium non distribuitur , si sint tertie figure : hinc non valet iste Syllog. in secunda figura :

Aliquis homo est animal :

Aliquis equus est animal : ergo

Aliquis equus est homo .

Potest autem aliquando sequi ratione materiae , ut :

De argument. in genere, eiusq; specieb. 147

Aliquod animal est substantia :

Aliquis homo est animal : ergo

aliquis homo est substantia.

Porro hæc quinta regula intelligitur de Syllogismo communi, non de expositorio.

Regula sexta est : Ex puris negativis ni hil sequitur : quia tunc neutrum extremum unitur cum medio affirmativè, cujus contrariam requirunt principia artic. præced explicata : hinc non valet hæc consequentia :

Nullus homo est irrationalis :

Nullus equus est homo : ergo

nullus equus est irrationalis.

Regula septima : quando altera præmissarum particularis est, etiam conclusio debet esse particularis ; quia non potest inferri major unio, quam fuerit in præmissis.

Regula octava est : quando altera præmissarum est negativa, etiam conclusio debet esse negativa, quia ex disjunctione unius à medio cum quo alterum unitur non inferitur unio illorum inter se, quæ significatur per affirmativam conclusionem, sed disjunctio per negativam significanda ; hæc, & præcedentem regulam complectantur ali diceudo : conclusio debet temper sequi partem debiliorem, quæ prior ultimæ regulæ his verbis comprehenduntur :

Partibus ex puris sequitur nihil, sive negatis.

Si qua præsit partibus sequitur conclusio partibus.

Si qua negata præsit, conclusio sequitur negata.

Additur ab aliquibus regula nona, quando in antecedente ex parte unius extremi fit implicatio, sive involutio terminorum repugnantium, seu impossibilium, & apponitur Verbum imaginor, cogito, dico, vel aliud simile, debet *servari constantia*, id est, debet constare id esse verum, quod dicitur, *cogitatur*, vel *imaginatur*. Unde defectu istius regulæ non valet sequens Syllogismus:

*Omnis dicens hominem esse animal dicit verum
Sed omnis dicens hominem esse asinum
Dicit hominem esse animal: ergo
Omnis dicens hominem esse asinum, dicit verum.*

ARTICULUS VII.

De regulis specialibus Syllogismorum.

Regulae speciales primæ Figuræ hoc versu comprehenduntur:

Sit minor affirmans, nec major sit specialis.

Nam aliàs vel medium non distribueretur in præmissis, vel in conclusione distribueretur aliquis terminus, qui non esset distributus in præmissis contra duas regulas generales, ut patet ex his Syllogismis.

*Aliquod animal est homo:
Omnis equus est animal: ergo
Aliquis equus est homo.*

Ubi

Ubi animal, quod est medium, in neutra Præmissa distribuitur: item in hoc:

Omnis homo est animal.

Nullus equus est homo: ergo

Nullus equus est animal.

Ubi animal, quod est majus extremum, distribuitur in conclusione.

Porro hæ regulæ intelliguntur de modis directis, nam in modis indirectis in *sapesmo*, est minor negans in *frisesom*, est etiam major particularis.

Regulæ speciales secundæ figuræ comprehendantur hoc versu:

Una negans præcat, nec major sit specialis.

Ratio prioris est, quia cum ibi medium sit prædicatum in utraque præmissa, si utraque est affirmativa, in neutra distribueretur medium, ut patet in hoc Syllogismo:

Omnis equus est animal:

Omnis homo est animal: ergo

Omnis homo est equus.

Ratio posterioris est, quia tunc in conclusione distribueretur aliquis terminus, qui non esset distributus in præmissis, ut patet si dicas:

Aliquod animal est homo:

Nullus equus est homo: ergo

Nullus equus est animal.

Ubi animal distribuitur in conclusione, & non in præmissis.

Regula specialis tertiae figuræ hoc versu comprehenduntur :

Sit minor affirmans, Conclusio sit specialis.

Ratio prioris est, quia jam aliquis terminus distribueretur in conclusione, qui non esset distributus in præmissis. V. G.

Omnis homo est animal :

Nullus homo est equus : ergo

Nullus equus est animal.

Ubi animal distribuitur in conclusione, & non in præmissis.

Ratio secundi est eadem, idem enim defectus accideret, ut si dicas :

Omnis homo est animal :

Omnis homo est substantia : ergo

Omnis substantia est animal.

ANNOTATIO.

Advertendum primò : has omnes regulas speciales fundari, & coincidere, cum duabus illis regulis generalibus : *Mediam debet ad minus semel distribui : Non licet procedere à non distributo ad distributum.* Quas duas si bene perspectas habeas, non facile decipieris in Syllogismis.

Secundò : omnes illas regulas tam generales quàm speciales probari per principia illa prima supra assignata, idèque in illis totam artem fundari syllogisticam.

ARTICULUS VII.

De principii. extrinsecis perficientibus.

Quia fieri potest, ut etiam aliquando imperite, aut pertinaciter negetur consequentia Syllogismi, qui alioquin sit in forma, & quidem vel in modo directo & perfecto, vel in modo indirecto aut imperfecto, in quo non ita clare patet vis illationis: Si istud secundum, indirecti & imperfecti reduci debent ad directos & perfectos *reductione vel ostensiva, vel per impossibile.*

Si primum: ostendatur bonitas consequentiae per principia syllogistica: *quaeunque sunt eadem uni tertio, &c. Quaeunque distinguuntur in uno tertio, &c.* supra artic. quinto explicata.

Porro *Reductio* (ut uno verbo insignatum fuit) est duplex: *alia ostensiva, alia ad impossibile.* *Reductio ostensiva* est, qua reducitur Syllogismus per conversionem alicujus propositionis, vel per transmutationem praemissarum, ita ut major mutetur in minorem, vel minor in majorem, & haec praesenti art. explicabitur: altera vero per impossibile sequenti: proinde ut plenè reductionem ostensivam intelligas.

Observat. Quod quatuor modi perfecti habent pro littera initiali vel B. vel C. vel D. vel E. sunt enim modi perfecti, Barbara, qui incipit per litteram B. Celarent incipiens per C. Darii

Per D. & tandem ferio per F. nullus autem modus imperfectus est, qui non incipiat ab aliqua ex prædictis Literis: Et omnes incipientes à B. reducuntur ad modum perfectum incipientem à tali Litera B. qui est Barbara, & qui incipiunt à C. ad Celarent, & qui à D. ad Darii, & qui ab F. ad Ferio, & consequenter ad Barbara, reducuntur Baralipton, qui incipit ab eadem Litera, ad Celarent, Celantes, Cæsare, Camestres, ad Darii, Dabitis, Darapti, Disamis Darisi, & tandem ad Ferio, Fapesmo, Frisemos, Festino, Felapton, Ferison.

Observa secundò: In prædictis dictionibus quibus significantur modi imperfecti, esse aliquas Literas habentes specialem significationem, ut sunt sequentes quatuor, S P. M. C. Ex quibus Litera S. denotat, quòd propositio illa designata per Vocalem sibi immediatè antecedentem converti debeat conversione simplici v. g. in modo *celantes* ponitur S. post ultimam Vocalem, & denotatur ultimam propositionem ab ipsa designatam convertendam esse simpliciter. P. autem denotat propositionem ab ipsa designatam convertendam esse per accidens. M. denotat, quòd præmissæ debeant transponi ita, ut loco majoris ponatur minor, & e contra: sive ponatur ante primam vocalem, sive non. Tandem C. denotat modum illum, in quo invenitur litera illa in medio, non posse alio modo reduci nisi per impossibile, quales sunt *baroco* & *boardo*.

Totum

De argum
Totum pate
linus mod
ubi tres pro
anda sunt
constans ex u
motiva concl
concludendo i
mus est in ba
Ba Omnia
ra Omnia
lip Aliqu
Existe habet
reduci debet
conclusio nem
Ergo omnia
Et tunc to
sed dubium
de Conversio
potest conve
aliquis homo
est homo, p
distributam
quomodo
cujus concla
convertitur
quod ex præ
dictis unive
tatur per ac
vam, & con
bata est bo

Totum patet in uno, aut altero exemplo.
Primus modus imperfectus est baralipton
(ubi tres priores Syllabæ duarumtaxat conside-
randa sunt, quarta enim additur metrica causâ)
constans ex utraque præmissa universali affir-
mativa conclusione particulari affirmativa
concludente indirectè, V. G. iste syllogis-
mus est in baralipton:

Ba. *Omne rationale est risibile:*

ra. *Omnis homo est rationalis: ergo*

lip. *Aliquod risibile est homo.*

Et iste habet præmissas de Barbara, ad quem
reduci debet solum convertendo per accidens
conclusionem hoc modo.

Ergo omnis homo est risibilis.

Et tunc totus Syllogismus est in Barbara.
Sed dubium occurrit: nam ut constat ex dictis
de Conversione, particularis affirmativa non
potest converti per accidens V. G. non valet,
aliquis homo est animal, ergo omne animal
est homo, nam arguitur à non distributo ad
distributam ex parte termini illius animal
quomodo ergo dicimus, quod baralipton
cujus conclusio est particularis affirmativa,
convertatur per accidens? & ad hoc dubium,
quod ex præmissis de barbara inferatur con-
clusio universalis affirmativa, & hæc conver-
titur per accidens in particularem affirmati-
vâ, & consequenter si consequentia de bar-
bara est bona, in qua inferatur universalis

& s.

affirma

affirmativa directa, etiam erit bona consequentia de Baralipon, in qua infertur conclusio particularis affirmativa indirecta.

Secundus modus imperfectus est Celantes, constans ex majori universali negativa, minori universali affirmativa, & conclusione indirecta universali negativa. V. G.

Ge *Nullum rationale est risibile:*

Isa *Omnis homo est rationalis: ergo*
tes *Nullum risibile est homo.*

Et reducitur ad Celarent per hoc, quod conclusio, quæ designatur ultima Litera vocali, aut Syllaba, in qua est S. convertatur simpliciter, & ex eisdem præmissis sic inferatur: ergo nullus homo est risibilis, & sic de aliis.

ARTICULUS IX.

De reductione per impossibile.

Reductio per impossibile est, quando ex contradictoria conclusionis seu consequentis modi imperfecti cum una præmissarum infertur contradictoria alterius præmissæ in modo perfecto. Dicitur verò per impossibile, eò quod negans bonitatem consequentiæ alicujus, modo imperfecti cogatur concedere duas contradictorias simul veras, quod est impossibile. Nam si respondens concedat utramque præmissam modi alicujus imperfecti, & nihilominus neget consequentiam, tunc arguens assumat

CONTRA-

De argument.
contradictoriam co
una præmissa
modo perfecto co
iam conce
consequentiam m
erret, convin
propria: di. de
sua artic. c. facis
contradictorias est
falsi. vel fat-ac
perficere esse be
Et hæc reduct
licet hoc ta
more duobus il
hocardo, eò
quæ, ut sup
non posse alter
heri potest, no
non reduc
mentialem, s
mum, quæ de
quentem è trib
mont Dial. Etic
par, Romani
nales speciales
& denorat, qu
reducit ad illum r
ratio est unive
tus est Barbara
sua falsi corre

contradictoriam consequentis negati, ex qua cum una præmissarum concessarum infert in modo perfecto contradictoriam alterius præmissæ jam concessæ, & cum non possit negare consequentiam modi perfecti (quod tamen si faceret, convincendus esset per generalia principia: *div. de omni*, *div. de nullo*, de quibus supra artic. 5. satis necesse est, ut concedat duas contradictorias esse veras, quod est adigi ad impossibile, vel fateatur consequentiam illius modi imperfecti esse bonam.

Et hæc reductio in singulis modis imperfectis (licet hoc tamen videatur specialiter convenire duobus illis modis imperfectis Baroco & Bocardo) eò quòd includant illam Literam C. quæ, ut supra diximus denotat illos modos non posse aliter reduci, quàm per impossibile) fieri potest, non tamen ita, ut singuli ad illum perfectum reducantur, qui habet eandem literam initialem, sed ad illum, qui habet conclusionem, quæ denotatur per Syllabam sibi convenientem è tribus dictionibus, quas excogitarunt Dial. Etici. Videt. *nescebatis*, *adsebam*, *latare*, *Romans*: quarum dictionum literæ vocales specialem habent significationem, nam A. denotat, quòd modus designatus debeat reduci ad illum modum perfectum, cujus conclusio est universalis affirmativa, qualis modus est *Barbara*. E. significat modum illi sibi correspondentem reducendum esse

ad

ad illum perfectum, cujus conclusio sit universalis negativa, qualis Modus est *Celarent*. *I.* denotat talem modum imperfectum reducendum esse ad *Darii*, cujus conclusio est particularis affirmativa. *O.* denotat modum illum imperfectum reducendum esse ad *Ferio*, cujus conclusio est particularis negativa.

Prima ergo dictio: *Nesciebatis*, habet quinque Vocales correspondentes quinque modis imperfectis primæ figuræ, ac proinde *E.* denotat primam modum imperfectam sibi correspondentem, videlicet *barasipton* reduci ad *Celarent*. *I.* significat *Celantes* reduci ad *Darii*. *E.* denotat *Dabitis* reduci ad *Celarent*. *A.* significat *Papesmo* reduci ad *barbara*, & tandem ultima Vocalis *I.* denotat *Frilesom* reduci ad *Darii*.

Secunda dictio, quæ est *Odiebam*, continet quatuor vocales pro quatuor modis secundæ figuræ, reliquæ verò dictiones constant sex vocalibus correspondentibus sex modis imperfectis tertiæ figuræ, quarum applicatio fieri debet illo prorsus modo, quo primam dictionem applicuimus.

Verum ut scias, quo loco oporteat collocare contradictoriam consequentis negati, observa sequentes regulas cum additis versibus:

Pro prima: *Prima minorem adicit, facit & majore minorem,*

Figura: *Excipe celantes, in quo convertitur ordo.* Nana

De argum. in genere, ejusque speciebus. 157

(Nam in *celantes* ex minori fit major, quia contradictoria conclusionis, cum sit particularis, non potest esse major juxta superius dicta)

Regula est, ut modi imperfecti primæ figuræ reducantur per impossibile ad perfectos: contradictoria conclusionis negatæ debet poni pro majori, & major Syllogismi imperfecti pro minori (modò ut diximus excipias *celantes*) exemplo res clara fiet, sit negata conclusio hujus Syllogismi in *sapientia*, qui reducitur ad *barbaram*, quia denotatur per litteram A. in voce *Nescitis* V. G.

Fa *Omnis Scientia est addiscenda.*
per *Nullus error est Scientia: ergo*
mo *Aliquod addiscendum non est error.*

Contradictoria conclusionis negatæ est:

Omne addiscendum est error.

Hæc erit major in reductione: deinde ponatur major Syllogismi negati loco minoris, sc.

Omnis Scientia est addiscenda.

Sequetur: ergo

Omnis Scientia est error.

Et per conversionem simplicem, ergo

Omnis error est Scientia.

Quæ est perfectè contraria minoris concessæ:
Porro totus Syllogismus per impossibile erit
hic,

Bar *Omne addiscendum est error:*

ba *Omnis Scientia est addiscenda: ergo*

za. *Omnis Scientia est error.*

Pro

Pro secunda Figura.

Servat majorem variatque secunda minorem.

Regula est: In secunda figura debet servari major Syllogismi imperfecti, & contradictoria conclusionis negatæ debet poni pro minore, ut patet in hoc exemplo, fit negata conclusio hujus Syllogismi in *Baroco*:

Ba *Omne studium est amandum:*

co *Aliquis ludus non est amandus: ergo*

ro *Aliquis ludus non est studium*

Reducitur ad *Barbara*, quia notatur per *Literam A.* in voce *Odiebam*, cujus contradictoria est, *Omnis ludus est studium*, servetur major: *omne studium est amandum*, ponatur deinde.

Omnis ludus est studium: ergo

Omnis ludus est amandus:

Quæ est contradictoria minoris concessæ: adeoque totus Syllogismus hic erit:

Bar *Omne studium est amandum:*

ba *Omnis ludus est studium: ergo*

ra. *Omnis ludus est amandus.*

Pro tertia figura.

Tertia majorem variat, servatque minorem.

Regula est: In tertia figura fit reductio per impossibile servatâ minore Syllogismi imperfecti, & contradictoria conclusionis negatæ posita loco majoris. ut v. g. negata conclusio syllogismi in *Darapti*:

Omniæ

De Argumentis.

De Omnis homo

cap Omnis homo

in Aliquod rati

ho modus redu

per Literam

concl

Nellam rati

ponatur loco maj

Omniæ homo est

in quibus inferet

Ergo nullus ho

Quæ est contrari

Syllogismus erit

Ce Nullum r

la Omnis ho

rent. Nullus ho

A N

Advertendum

de Baroco & Ba

impossibile, &

inveni ostensivè, u

logium in Ba

Ba Omnis ho

ro Aliquod a

co Aliquod a

in illam in Bar

Da Omnis homo est admirativus :

rap Omnis homo est rationalis : ergo

ti. Aliquod rationale est admirativum.

Hic modus reducitur ad Celarent, quia denotatur per Literam E. primam in Letare. Contradictoria conclusionis est.

Nullum rationale est admirativum.

Ponatur loco majoris : minor erit :

Omnis homo est rationalis.

Ex quibus inferetur :

Ergo nullus homo est admirativus.

Quæ est contraria majori concessa, totus erit Syllogismus erit :

Ce Nullum rationale est admirativum :

la Omnis homo est rationalis : ergo

rent. Nullus homo est admirativus.

ANNOTATIO.

Advertendum primò : In superioribus dictum esse Baroco & Bocardo non posse reduci nisi per impossibile, quia hi duo modi non possunt reduci ostensivè, ut patebit consideranti hunc Syllogismum in Baroco.

Ba Omnis homo est rationalis :

ro Aliquod animal non est rationale : ergo

co Aliquod animal non est homo.

Et illum in Bocardo :

Bo Aliquid animal non est homo:
 car Omne animal est vivens: ergo
 do. Aliquid vivens non est homo.

Advertendum secundo: Satis esse, quod in Da-
 rapti & Felapton, quando reducuntur per im-
 possibile, duæ contrariæ inferantur, quia etiam
 est impossibile, duas contrarias esse simul veras,
 ut in superioribus dictum est. Et ex veritate
 duarum contrariarum sequitur veritas duarum
 contradictoriarum. Unde si ex illa conclusione,
 ergo nullus homo est rationalis, inferas, quo-
 modo potes:

Ergo aliquis homo non est rationalis.

Habes contradictoriam, atque ita dum infer-
 tur contraria, etiam virtualiter inferitur contra-
 dictoria.

Nec dicas: quod in baralipon & fapesmo
 dum reducuntur per impossibile, nequidem
 inferatur contraria Propositionis concessæ, V.
 G: dum in Baralipon hic Syllogismus:

Ba Omne animal est substantia:
 ra Omnis homo est animal:
 lip. Aliqua substantia est homo.

Hoc modo, uti debet, reducitur:

Ce Nulla substantia est homo:
 la Omne animal est substantia: ergo
 reat Nullum animal est homo:

Ubi non inferitur contraria minoris antea
 concessæ, hujus enim contraria hæc est:

Ergo nullus homo est animal,

Non

De m
 Non inqu
 nem simpl
 supradicta
 potest illa

Ergo
 Itaque just
 sex assigna
 statem con
 cluduntur al
 test etiam o
 tequetur ut
 va vel neg
 laris sub ill

AR T

De

Uom
 Q dante
 juxta vario
 notum est
 visiones sy
 hic brevite
 xime obser
 Dividi
 proximæ
 firmativu
 cujus conc
 jus conclus

Non inquam hoc dicas: Nam per conversio-
nem simplicem, qua generalis negativa juxta
supradicta converti potest, statim subinferri
potest illa contraria.

Ergo Nullus homo est animal.

Itaque juxta potestates syllogismorum (quarum
sex assignat Aristoteles) & quidem juxta pote-
statem concludendi plura, hoc ipso, quo con-
cluditur aliquod consequens seu conclusio, po-
test etiam concludi id, quod sequitur ad tale con-
sequens ut si concludatur universalis affirmati-
va vel negativa, potest etiam concludi particu-
laris sub illa contenta.

ARTICULUS ULTIMUS.

De variis Syllogismorum divisionibus.

Quomodo syllogismi ratione formæ divi-
dantur imprimis juxta tres figuras, deinde
juxta varios modos singularum figurarum, jam
notum est ex dictis: sunt autem præterea aliæ di-
visiones syllogismorum non prætereundæ, quas
hic breviter perstringemus, quid in singulis ma-
ximè observandum sit, simul, indicantes.

*Dividitur ergo syllogismus ratione materiæ
proximæ (puta propositionum) primo in af-
firmativum, & negativum: Affirmativus est,
cujus conclusio est affirmativa. Negativus, cu-
jus conclusio est negativa.*

L

Dividitur

Dividitur secundo in categoricum, & hypotheticum, categoricus est, cujus omnes propositiones sunt categoricae, hypotheticus cujus plures vel saltem aliqua propositio est hypothetica. Estque hic syllogismus potissimum triplex, copulativus, disjunctivus, conditionalis juxta superius dicta de propositionibus hypotheticis, v. g. copulativus est hic.

Non est nox, & dies,

Sed est dies: ergo

Non est nox.

Ubi vides ex propositione copulativa negante, si una illius pars in minori affirmetur, alterius negationem bene inferri, quid alii syllogismi copulativi valeant vel non valeant, facile judicabis, si advertas ad veritatem copulativi requiri, ut utraque simplex sit vera. Disjunctivus syllogismus est hic:

Vel dies est vel nox est:

Sed non est dies: ergo

Est nox.

Ubi vides à tota disjunctiva cum destructione unius partis bene inferri positionem alterius, quoniam ut supra diximus, ad veritatem disjunctivae requiritur veritas unius partis, vel quis ad illam non requiritur veritas utriusque partis, hinc ex positione unius partis non potest inferri positio alterius. Unde non valet:

Vel dies est vel nox est:

Sed est nox: ergo

Est dies.

Vicet autem ex positione unius partis in rigore loquendo bene sequatur destructio alterius; siquidem in rigore loquendo tantum una pars disjunctivæ debet esse vera, ideoque si una sit vera, altera est falsa, quia tamen subinde non loquimur in isto rigore, & concedimus disjunctivas, quarum utraque pars est vera: ideo tunc ex positione unius partis non sequitur destructio alterius; quo sensu intellectus hic syllogismus.

Vel Petrus est calidus, vel est albus.

Sed est calidus, ergo.

Non est albus.

Non concludit, concluderet tamen, si major rigidè intellecta esset vera, valet etiam in disjunctivis à parte disjunctiva ad totam ut:

Petrus est calidus: ergo.

Vel est calidus, vel albus.

Conditionalis syllogismus est ille:

Si sol lucet dies est;

Sed sol lucet, ergo.

Dies est.

Hic syllogismus valet, quia est à positione antecedentis ad positionem consequentis.

Dividitur serò syllogismus in modalem & absolutum: Absolutus est, cujus nulla propositio est modalis, modalis, cujus aliqua propositio vel aliqua sunt modales.

Pro cognoscenda bonitate consequentiarum in his syllogismis, plures regulas solent assignare

Logici, quas suo tempore ad longum audient,
pro nunc ex cæteris observandum : non va-
lere hunc syllogismum :

Vitare omne peccatum veniale est impossibile :

Sed mendacium jocosum est peccatum veniale

Ergo : Hoc vitare est impossibile.

Quia impossibile cadit in majori supra totam
collectionem peccatorum, ab hac autem non
potest argui ad unum in particulari.

Sunt etiam quatuor termini in syllogismo :
nam omne peccatum veniale supponit in ma-
jori collectivè in minori autem peccatum ve-
niale, sive ly omne non supponit collectivè:
deberet ergo in minori dici, mendacium joco-
sum est omne peccatum veniale, quod falsum est.

Dividitur quartò syllogismus ratione materiæ
in demonstrativum, probabilem, sophisticum
vel apparentem : demonstrativus est, qui
constat propositionibus necessariis: Probabi-
lis est, qui probabilibus sophisticus, qui con-
stat propositionibus apparenter quidem veris,
sed reverà falsis. Demonstrativus etiam vo-
catur posterioristicus, Probabilis etiam topi-
cus & sophisticus appellatur Elenchus, quia
Aristoteles de primo agit in libris postero-
rum, de secundo in libris topicorum, de ter-
tio in libris Elenchorum.

Dividitur quintò syllogismus exponibilis, qui
scilicet aliquâ vel aliquibus propositionibus
exponibilibus constat, in exclusivum, ex-
cepti-

De argu-
ceptivum, &
exponendi su-
exponibilibus
gimorum
mum exciati

Omni R

Solus Jo

Ergo:

Resolves &

Omni

Atqui

Roman

Joseph

In quo syllo-

vitum, ne

licet homo

tamen disti-

ista secunda

est homo.

Circa ly

in illis faci-

non concl-

similes par-

festum res-

hinc si resp-

fiat app-

conclusion-

ex hoc qu-

conveniat

convenire.

ceptivum, & reduplicativum: hi syllogismi exponendi sunt juxta dicta de propositionibus exponibilibus, & tunc juxta principia syllogismorum examinandi v. g. si hunc syllogismum exclusivum ineptum:

*Omnis Romanorum Imperator est homo,
Solutus Josephus est Romanorum Imperator.
Ergo: Solutus Josephus est homo.*

Resolvas. & exponas. erit talis.

*Omnis Romanorum Imperator est homo.
Atqui Josephus, & nemo alius est
Romanorum Imperator: ergo*

Josephus est homo, & nemo alius est homo.

In quo syllogismo sic exposito facile videbis vitium, nempe quod majus extremum scilicet homo in majori non distribuatur, & tamen distribuatur in conclusione, nempe in ista secunda exponente negativa, nemo alius est homo.

Circa syllogismos reduplicativos observa, in illis facile mutari appellationem, ideoque non concludere; cum enim ly formaliter & similes particulae reduplicativae semper faciant sensum respectivum & sub aliqua appellatione, hinc si respectus ille supra quem in praemissis fiebat appellatio non maneat invariatus in conclusione, ibi mutatur appellatio. Adde ex hoc quod aliquid alicui sub uno respectu conveniat, non posse inferri etiam sub alio convenire.

Sexto dividitur syllogismus ratione materiae remotæ (puta terminorum) in rectam & obliquam, ille est, cujus omnes termini ponuntur in recto: hic est, cujus aliquis terminus ponitur in obliquo: si in syllogismo obliquo sit difficultas, mutantur in rectos.

Septimo dividitur syllogismus ratione ejusdem materiae remotæ in communem habentem medium quod sit terminus communis, & in expositivum, cujus medium est terminus singularis. Dicitur expositivum, quia rem quasi sensibus exponit unde etiam vocatur sensibilis. Optime fit in tertia figura, quia in hac medium bis subjicitur, termino autem singulari proprium est subjici, quando autem fit in tertia figura, minor non debet esse negativa juxta regulam specialem istius figurae. Unde non valet:

Petrus est homo:

Petrus non est Paulus: ergo

Paulus non est homo.

Valet tamen: ergo


aliquis homo non est Paulus.

E N I S.

...vires vultu
in rectum h. od
...tum ni ponu
...aliqua termina
...aliqua
...esse
...nem habentem ro
......
...remus singula
...re quod
...... Opin
...hoc modum bi
...singulari poporum
...in certa figura
......
...non vultu

...ego

...S.



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN® Gray Scale


A	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
	R	G	B			M	W	G	K	C	Y	M							



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black



M Theol & Lib 271

